



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Titulus XIII. De rebus Ecclesiæ alienandis vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

stentationem, aut etiam ad sublevandam Cardinalium quorundam indigentiam, similesque Ecclesie Romanæ necessitates. Et sanè si tanquam plenariam potestatem circa beneficia hæc *c. licet. de prob. in 6.* possit fructus primi anni aut etiam aliquot sequentium pro fabrica Ecclesie, aut Episcopi egentis sustentatione aliove pio opere reservare. *c. à nobis. de decimis. c. si propter. de rescrip. in 6. Sc. &* tanquam omnium bonorum ecclesiasticorum, si non dominus, saltem administrator, ita ut ex causa iusta & rationabili possit uni (relictis ad victum necessariis) tollere, & concedere alteri, etiam sæculari, ut Delb. *l. c. num. 8.* citans seipsum in pluribus aliis locis, & insuper Cajetan. *tr. 2. q. 48. à 8. Molinam. de just. Tom. 1. tr. 2. d. 29. concl. 2. Less. de just. l. 2. tr. 2. d. 1. du. 8. num. 100. Sc.* Si, inquam, id possit Papa, multò magis poterit ex rationabili causa fructus aliquos V. g. anni primi certorum beneficiorum à se collatorum sibi suæque Curie reservare, secus ac alii collatores, quibus talis potestas non est in beneficia & bona ecclesiastica, qui exinde coguntur ea sine diminutione conferre. Idque non obstantè affluentia divitiarum in Pontifice quemadmodum hæc in persona, cui debentur decimæ (quorum loco successerunt annatæ, ut videre est apud me in *for. benef. p. 3. q. 190. num. 2.*) non impedit, quo minus illæ debeantur ex iustitia; ita etiam in Papa ea non impedit, quo minus annatæ illi pergant deberi ex iustitia. Lotter. *l. 3. q. 20. num. 28.* dicens, sic optimè doceri à S. Thom. 2. 2. q. 87. à 4. ad 3. Soto *de just. l. 9. q. 4. à 4. in fine* Monet. *de decim. c. 9. num. 2. Sc. 4.* Unde jam etiam prohibitio Principis, ne in regno suo solvantur annatæ, repugnat libertati ecclesiasticæ, ut Delb. *l. c. num. 1.* Qualiter autem contingat hæc annatarum exctio citra nundinationem & Simoniam ex eo, quòd

non exigantur ex pacto, aut tanquam temporale pro spiritali, sed ex antecesser jam existente lege, quam ferre potuit de iis solvendis citra labem Simonie, ostendi *cit. q. 190. num. 3.* quæ vide; uti etiam quæ dixi. *num. 6.* qualiter, dum plures eodem anno contingunt vacationes ejusdem beneficii annatis obnoxii, non sit solvenda nisi unica annata. Et quòd specialiter spectat Germaniam, patet ex ejusdem concordatis, quòd annatarum nomine de Ecclesiis Cathedralibus & monasteriis exemptis virorum duntaxat solvendæ sint summa pecuniarum in libris Camera Apostolicæ taxatæ. Ita tamen, ut si quæ excessivè taxatæ sint, relaxentur secundum qualitatem rerum, temporum & regionum. De cæteris verò dignitatibus & beneficiis à Sede Apostolica collatis solvantur mediæ annatæ seu mediis fructibus primi anni unius juxta taxam solitam, & de beneficiis, quæ valorem 24. ducatorum seu florenorum aureorum non excedunt (intellige, nulla etiam habita ratione distributionum ut dixi. *num. 5.*) nihil solvatur, ut expressè habetur in Concordatis. §. 5. qualia hodièdum ex generali consuetudine & stylo Romanæ Curie censentur omnes Canonicatus, præbendæ, dignitates inferiores Germaniæ, Hispaniæ, Belgii, absque eo, quòd contraveniatur regulæ. §. 5. Cancellariæ de exprimendo vero valore in impetratione istiusmodi beneficiorum, ut Branden. *ad Concord. German. post q. 12. notab. 2. & Nicolaris. cit. tit. 2. §. 2.* citans alios, uti & multiplices Rotæ decisi. De quibus omnibus vide me in *for. benef. p. 2. q. 601.* Porro quæ hic tractari solent ab aliquibus de divisione, dismembratione, suppressione, extinctione beneficiorum, vide à me tractata accurate *l. c. p. 3. à q. 246. ad q. 262.* uti & ea, quæ de pensione beneficiis imponenda hic quæri solent, *p. 3. à q. 428. ad 671.*

TITULUS XIII.

De

Rebus Ecclesie alienandis vel non.

§. Primus de nomine Ecclesie & speciebus alienationis, deque personis alienare, & rebus alienari prohibitis vel permissis.

Quæst. 141. Nomine Ecclesie quæ alia loca veniant?

R Esp. Nomen illud in hac materia favorabilè accipitur, ita ut, non tantùm loca sacra, seu, consecratione vel benedictione ad sacrificia aliaque officia divina ibidem celebranda Deo dicata, ut sunt templa, capellæ, oratoria, comprehendat, sed etiam se extendat ad alia quævis loca pia & religiosa ad pietatis & misericordie opera ibidem exercenda vel alia ejusmodi autoritate ecclesiastica constituta aut deputata citra consecrationem & benedictionem Episcopalem, ut sunt monasteria, conventus, congregationes, Xenodochia & hospitalia, quorum res sine solennitate juris alienata prohibentur. *Auth. hoc jus. correctum. C. de SS. Eccles. Relata. in c. hoc jus 10. q. 2. c.*

nulli. h. t. ubi dicta Auth. approbata & quasi canonizata. Abb. in cit. c. nulli. h. t. num. ult. Laym. th. mor. l. 3. tr. 4. c. 10. num. 1. Delb. de immunit. eccl. c. 17. du. 1. num. 14. Pith. h. t. num. 4. Non verò extendit se ad collegia, congregationes, hospitalia non erecta autoritate Episcopali; cum non censeantur propriè loca pia, multoque minus sacra. Idque, etiam si Episcopus licentiam dederit ibi celebrandi Missam, ut Delb. *l. c. c. 2. du. 2. f. 7. n. 15. Sc. seq.* adeoque eorum bona, etiam immobilia alienari poterunt sine solennitate juris. Delb. *l. c. c. 17. n. 16.* citatis Paris. *conf. 35. Tom. 3. Riccio. Quarant. Redoano. qui etiam. c. 17. idem dicit de capella non erecta autoritate Episcopi. Porro unde in dubio præsumatur, num capella, oratorium, hospitale sint erecta seu fundata autoritate Episcopali, vide apud Delb. *cit. c. 2. du. 2. f. n. 33. Sc. seq.**

Quæst.

Quest. 142. Nominē alienationis que veniant?

Resp. Nomen quoque alienationis ob favorem locorum sacrorum, religiosorum & piorum non sumitur strictè juxta *l. alienatum. ff. de V. S.* pro actu duntaxat, quo dominium directum transferatur, qualis est venditio, donatio, permutatio. Sed largè juxta *l. fin. C. de reb. alienand.* pro ut complectitur omnem actum seu dispositionem, quæ dominium sive directum, sive utile tantum, vel jus in re aut ad rem transfertur. Arg. *c. nulli. h. t. Gl. ibidem v. alienationis. & Abb. num. 13. Redoan. de reb. eccl. alienand. rub. 1. c. 47. num. 14. Azor. p. 2. l. 9. c. 1. q. 2. Pirh. h. t. num. 1. Delb. c. 17. du. 3. num. 1.* Talis alienatio minùs propriè accepta sunt datio bonorum seu rerum ecclesiasticarum in feudum, in emphyteusim, locatio, contractus superficiarius & libellarius, constitutio ususfructus, servitutis, census, hypothecatio transactio, translatio, cessio litis, juris, unio, compromissio, precarium, conditio, repudiatio hæreditatis, legati &c. Porro in *Extravag. ambitiosa.* non tantum prohibetur alienatio strictè, sed etiam late sumpta, seu prohibetur translatio cujuscunque juris. Delb. *c. 17. du. 5. n. 1.* Nunc in specie de permutatione, quæ est species alienationis strictè talis, & dein de speciebus alienationis minùs strictè talis in particulari, qualiter per eas prohibetum aut permissum alienari res ecclesiasticas, intellige, sine solennitate juris.

Quest. 143. An & qualiter per permutationem alienari possint res ecclesiasticæ?

Resp. Res ecclesiasticas etiam cum rebus secularibus inter ecclesiam & alium saecularem permutari posse, sed non sine solennitatibus juris, constat ex *c. 1. de his quæ sunt à Prælat. & communi DD.* his non obstante *Reg. 5. juris in 6. semel dicatum Deo non est ad usus humanos ulterius transferendum* ; cum per *ro Deo dicatum* intelligatur consecratum, qualiter agri & prædia ad Ecclesiam spectantia non sunt hoc ipso specialiter Deo consecrata, adeoque adhuc permutari possunt. Sed neque sine solennitate fieri potest permutatio inter ecclesias duas ; cum *c. 12. q. 1. & per citata jura eodem modo prohibeatur sicut venditio & donatio, quæ etiam inter ecclesias fieri nequeunt sine solennitatibus juris, puta tractatu & consensu Capituli, Superioris seu Prælati & Papæ.* Et sic aliter permutari nequit V. g. Calix cum alio ornamento, ager unius ecclesiæ cum agro alterius ecclesiæ. Ita cum communione docent Jo. And. Abb. Burr. Imol. in *c. 1. h. t. Berolius. l. 1. conf. 179. num. 3. Mantica de tac. & ambig. contract. l. 25. tit. 6. num. 66. Gratian. discip. for. c. 674. num. 4. & 5. Filiuc. tr. 44. c. 2. vers. quod est. Lezan. v. alienatio. num. 12. Quarant. v. eod. num. 15. Rebuff. Redoan. Bonac. & alii, quos citat & sequitur Delb. de immunit. eccl. c. 17. du. 13. num. 3. & seq. contra Riccium, in pr. decis. 38. Tervilan. decis. 56. p. 2. Bordon. in conf. regular. resol. 27. num. 61. Clarin. contrav. for. c. 18. num. 30. Pasqual. Tom. 2. decis. 95. Barbos. ... alleg. 95. num. 55. & alios apud eund. Delb. loc. cit. qui*

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

tamen etiam horum AA. sententiam (maximè si permutatio fiat inter clericos vel regulares ejusdem ecclesiæ, monasterii, vel etiam religionis) probabilem dicit, quamvis etiam ex his AA. Riccius & Barbos. testentur, hodieum habere praxin, ut in tali permutatione adhibeantur eadem solennitates, quæ in venditione & donatione inter ecclesias. Contra hanc sententiam illud potissimum militare videtur, quòd in hac permutatione, quæ fit inter ecclesias, cesset ratio prohibitionis de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæ juxta proccemium *Extravag. ambitiosa.* fuit ; ne res ecclesiæ ab ecclesiâ exeant, & profanis usibus applicentur. Verùm hoc ipsum satis dilui videtur à Delb. *l. c. n. 10. & seq.* dicendo, hanc non fuisse finalem causam prohibendi, sed solum impulsivam ; adeoque ea cessante, adhuc remanere causam finalem prohibendi alienationem, quæ fuit, ne per multiplicationem permutationum res paulatim consumerentur & deteriorentur ; quod locum adhuc habet in permutationibus factis inter ecclesias. Quod attinet textus aliquos, in quibus permitti videtur permutatio rerum ecclesiasticarum inter ecclesias, consentientibus tantum earum Prælati, respondet Delb. *l. c. n. 15.* correctos illos esse per textus alios, prohibentes eodem modo permutationem ac venditionem & donationem. De cetero, dum res spirituales, V. g. reliquiæ pertinentes ad privatos, sine solennitate permutari posse, habet Riccius. *ad tit. de permutat. n. 16.* ubi etiam cum Laym. & Pirh. notat, minorem causam requiri ad rem ecclesiasticam permutandam quàm vendendam. & n. 12. quòd pœna statuta malè alienantibus non incuratur, nisi permutatio actuali traditione rei mutæ sit completa. Porro quæ hic ulterius examinari poterant, præcipuè de beneficiorum permutatione, vide infra *ad tit. de permut. & apud me in for. benef. p. 3. à q. 315.*

Quest. 144. An & qualiter bona ecclesiastica alienari possint per concessionem in feudum vel emphyteusim?

Resp. Primò res seu bona ecclesiastica solita dari in feudum seu emphyteusim (sufficit autem ad hoc, ut solita dicantur dari, si semel sic data fuerint Clarus. §. feudum. q. 13. num. 14. Molin. de just. tr. 2. d. 648. concl. 8. Delb. *l. c. c. 17. du. 1. num. 36. Ruin. conf. 35. num. 30. l. 1. & Curtius junior apud Fagn. in c. ex parte num. 7.* qui duo posteriores dicunt, unam aliquam infudationem solenniter factam sufficere, quavis tanquam tutiorem, & minùs faventem alienationi rerum ecclesiasticarum, tenendam esse sententiam, quæ, ut res dicantur solita infudari, requirit, ut bis intra 40. annos fuerit data in feudum suadente utilitate, cum Imol. & Jason. apud Fagn. *l. c.* dicant alii) possunt de novo & deinceps concedi in feudum & emphyteusim à Prælato sine alia solennitate ad alienationem rei ecclesiasticæ alijs requisita. Quia talia bona consuetæ dari in feudum seu emphyteusim non sunt ampliùs de mensa Ecclesiæ, utpote quæ non habet dominium utile eorum, ut Fagn. *c. 2. de feudis n. 9.* & talis concessio non est nova alienatio sed prioris alienationis continuatio seu renovatio (res autem ecclesiæ semel alienata cum debita solennitate est semper alienabilis sine solennitate) si tamen adsint solennitates, de quibus mox ut Gonz.

ad Reg. 8. Cancell. gl. 6. n. 194. Barbos. de possess. Episc. p. 3. alleg. 95. n. 32. Delb. l. c. du. 15. n. 14.) ac ita tenent Clarus. l. c. n. 1. (qui etiam §. emphyteusis. g. 208. n. 7. testatur, in multis locis consuetudinem esse, ut feuda ecclesiastica in emphyteusis juris solennitate licite & valide tradantur) Gonz. l. c. Laym. l. 2. tr. 4. c. 10. n. 2. Less. de iust. l. 2. c. 24. du. 11. n. 59. Menoch. de arb. cas. 81. n. 5. Covar. l. 2. var. c. 17. n. 4. Molin. l. c. d. 469. concl. 5. & plures alii, quos citat & sequitur Delb. cit. du. 15. n. 1. juxta c. 1. de feud. & Extrav. ambitios. Atque etiam res ecclesiastica solita dari in feudum (idem est de dari solitis in emphyteusis, cum tractatus feudalis & emphyteuticus sint ejusdem naturæ, & textus loquentes de feudo locum habeant etiam in emphyteusi & contra, juxta communem, ut Fagn. in c. nulli. h. t. n. 21. citatis Specul. tit. de feud. §. quoniam super. n. 63. & Socin. Senior. cons. 167. n. 24. l. 2.) poterunt adhuc infeudari denuo, non obstante juramento de non infeudando Papa inconsulto. Fagn. l. c. num. 20. citatis Innoc. Host. Jo. And. in c. ex parte. de feud. Quæ tamen, ut procedant, requiruntur sequentia primò, ut feudum seu emphyteusis concedatur eodem modo, quò prius concessa V. g. si prius concessa, ut non transeat ad hæredes vel ultra vitam unius, etiam denuo non condatur aliter; ita ut, si fiat variatio, conceatur nova concessio, ut non continuatio antiquæ. Molin. cit. d. 469. concl. 1. Clar. §. feudum. num. 13. Barbos. l. c. Ricc. in pr. decis. 26. Delb. l. c. n. 5. & alii apud illum. Secundò, ut in iterata concessione adsit evidens ecclesiæ utilitas, quæ fuit in prima concessione. Unde, si prius datum fuit in emphyteusis prædium sterile, ut sic ad culturam reduceretur; finita emphyteusi factum fructiferum, concedi non potest, nisi ex nova causa evidenter utilitatis (qualis causa sufficiens est remuneratio obsequii in reddendo illud prædium frugiferum exhibitum; dum sic alii in utilitatem ecclesiæ excitantur ad similes meliorationes faciendas) quia prior causa jam cessavit, & prædium reputatur res alia, Delb. num. 9. & 10. remittens ad Barbos. l. c. num. 26. Genuens. in pr. c. 60. n. 6. Ricc. decis. 5. & alios. Tertiò, ut res finita emphyteusi non sit iterum incorporata ecclesiæ; cum per talem incorporationem extinguatur prior alienatio, & ita res redit ad ecclesiam, ac si nunquam ab ea exivisset. Abb. in c. ut super. h. t. num. 11. Clarus. de emphyteusi. q. 6. & de feud. q. 13. Molin. cit. d. 468. Delb. l. c. num. 11. Dicitur autem res denuo incorporata ecclesiæ, si is, ad quem spectat administratio, decernat eam non alienare; quod præsumitur fecisse, si finita emphyteusi (idem est de feudo caduco) Prælatum rem descripsit inter bona mensæ ecclesiæ, ut Fagn. l. c. num. 8. vel per annum integrum à renovatione seu nova concessione abstinerit, ut Molin. l. c. ad finem. Delb. num. 12. & 13. vel ut Idem du. 1. si post traditionem, expirante contractu, non fuerit quò ad fructus incorporata ecclesiæ. Quod etiam præsumitur, dum Prælatum ex se solita dari in feudum vel emphyteusis percepit per tempus aliquot, ut consuevit ex aliis rebus incorporatis mensæ Fago. l. c.

2. Resp. Secundò; res ecclesiastica non potest primò, aut etiam, deficiente una ex conditionibus dictis, secundò concedi sine solennitatibus juris; quia est revera domini utilis alienatio. c. 1. de his que sunt à Prælat. & Extrav. ambitios. ubi cum admitatur, res solita dari in feudum, seu semel datas posse

deinceps positus dictis conditionibus concedi sine solennitatibus, consequens est, ubi primò conceduntur (qualiter adhuc primò concedi censentur, dum in secunda concessione dictæ conditiones non intervenierunt) prohiberi illas dari in feudum vel emphyteusis sine solennitatibus. Adhibitis verò solennitatibus poterunt in perpetuum etiam, & pro hæredibus etiam extraneis (etsi aliàs regulariter, seu præscindendo ab alia voluntate concedentis illam, emphyteusis ecclesiastica conceatur restricta ad hæredes sanguinis, & non transitoria ad extraneos, & hæredum nomine, nisi exprimatur aliud, dicendo V. g. pro quibuscunque hæredibus; veniant solum hæredes sanguinis. C. de Luca, de emphyt. d. 31. n. 2. & d. 59. n. 13. Dicens, hanc opinionem haberi quasi regulam à Rota) si enim servatis juris solennitatibus etiam pro hæredibus extraneis ab ecclesia fieri possit earum venditio & donatio, quæ quid majus nempe translationem domini directi continent multò magis sic fieri poterit concessio in feudum vel emphyteusis, utpote non nisi dominium utile transferens, & ita tenent Covar. l. 2. var. c. 17. à num. 4. Clar. §. emphyteus. q. 6. num. 4. Molin. cit. d. 496. concl. 1. Valq. de rebus. c. 2. §. 2. du. 16. n. 59. Delb. cit. du. 15. n. 5. & 6. Arg. Auth. de alien. & emphyt. §. licentiam, per quam correctam esse Auth. de non alien. §. emphyteusis, concedentem emphyteusis tantum ad vitam recipientis, ait Delb.

Quæst. 145. An & quando per locationem alienari censentur bona seu res Ecclesiæ?

1. Resp. Per locationem bonorum ecclesiasticorum ad tempus longum censentur ea alienari; cum dominium eorum utile transferatur in conductorem, adeoque prohibita fieri sine solennitate. Covar. 2. var. c. 16. n. 1. Molin. de iust. tr. 2. d. 466. Molin. de primogen. l. 1. c. 21. n. 18. Valq. l. c. n. 21. & 22. Delb. c. 18. du. 1. n. 1. Quamvis in effectu talis elocatio ad tempus longum non sit alienatio, seu non transferatur per eam dominium utile; quia ea facta, saltem indivisibiliter pro toto illo tempore tota est in valida, ut tenent Cuttier. 99. can. l. 2. c. 13. n. 7. Engels. h. t. n. 12. Reiffenst. n. 43. de quo mox plura. Porro longum tempus locationis jure antiquo reputabatur decennium, & septennium pro tempore medico, juxta c. ult. ne Prælati vices suas. & clem. 1. h. t. & ibi Gl. Imol. Anchar. v. locaciones. Abb. in c. vestra. de locat. Covar. Molin. Valq. LL. cit. Less. de iust. l. 2. c. 24. du. 11. n. 68. Delb. l. c. n. 2. Unde tunc bona ecclesiastica locari poterunt ad novennium, intellige, sine solennitate juris; ut iidem AA. moderno verò jure, nimirum Extrav. ambitiosa tempus longum reputatur, quod excedit triennium (intellige, respectu rei fructificantis singulis annis; aliàs respectu rei fructificantis singulis bienniis tempus longum censetur, quod excedit sexennium, & respectu rei fructificantis singulis trienniis novennium, Delb. cit. c. 17. du. 1. n. 29.) adeoque jam licebit & valebit locatio sine solennitate facta ad triennium, ut constat à sensu contrario ex cit. Extrav. sub gravissimis pœnis prohibentis locari bona ecclesiastica ultra triennium. Dictam verò Extravagantem ubique receptam, saltem quo ad prohibitionem & penam intrinsecam, nempe annulationem contractus locationis ultra triennium, si non quo ad penam extrinsecam, nimirum excommunicationem & privationem officiorum vel beneficiorum, probabilis censet Delb. c. 18. du. 1. num. 8. citatis pro hoc Molin.

Molin. cit. d. 466. post medium. Guttier. 99. Can. L. 4. c. 3. num. 9. Rebell. de obligat. just. p. 2. L. 14. qu. 5. Quarant. v. alienatio. num. 48. Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 91. num. 49. (qui etiam plures pro hoc refert Rotæ decif.) Tolet. Cened. &c. Valebit quoque locatio rei fructificantis tantum singulis bienniis facta ad sexennium; quia sexennium in eo casu non censetur tempus longum; & Pontifex in sua constitutione permittens locationem ad triennium tantum non tam videtur intendisse triennium temporis quam triennium fructuum, seu spatium, intra quod sit terna collectio fructuum, quæ invitare potest conductorem ad conducendam rem ecclesiasticam, ut sic sterilitas (si forte contingeret) aliorum annorum seu collectionum aliarum ubertate compensetur. Ac sic in casu fructificantis rei tantum alternis annis singula biennia istius sexennii merito æquivalent singulis annis, & terna biennia constituunt unum triennium fructiferum. Atque ita docent Less. L. 2. c. 24. du. 1. num. 69. Azor. p. 2. L. 8. §. 2. de locato. c. 2. Gut. l. c. num. 12. Rebell. l. c. L. 1. qu. 5. Navar. in commentar. de alien. rer. eccles. num. 20. & 22. Quar. l. c. num. 18. Valq. l. c. du. 6. num. 30. Barbos. l. c. allegat. 65. num. 4. & alii quos citat Delb. l. c. du. 4. Per quam tamen permissionem locandi ad triennium, non inhibetur Prælati locare ad tempus brevius; cum id potius cedat in favorem dictæ Extrav. quam ei advertetur. Barbos. l. c. allegat. 95. num. 18.

2. E contra non valebit locatio rerum ecclesiasticarum sine solennitate facta ad vitam locantis vel conducens; eò quòd talis locatio ex natura sua subijciatur Durationi longi temporis juxta clem. 1. b. t. & ibi Gl. v. ejus. Anchar. Imol. Covar. l. c. num. 3. Molin. de primog. l. c. num. 29. Valq. num. 23. quos citat & sequitur Delben. l. c. num. 5. qui etiam remittens ad Molin. & Valq. num. 6. censet, hoc ipsum procedere, etiamsi verisimiliter putetur vitam illius non duraturam longo tempore; eò quòd; cum nihilominus contingere posset, vitam illam durare ad longum tempus, locatio extenderet se, saltem sub dubio, ad longum tempus, adeoque etiam contingere posset, ut valeret locatio ad longum tempus contra textum expressum c. nulli. b. t. & cit. clem. Sed neque valebit locatio ultra triennium rei annuatim fructifera, etsi ei adjectum juramentum. Delb. cit. c. 18. du. 6. cum juramentum non sit vinculum iniquitatis, seu non obliget ad peccatum mortale, quale est locatio ultra triennium sine solennitate, utpote quæ prohibita per cit. Extrav. sub pœna excommunicationis, quæ supponit peccatum grave, ut docent Cajet. in Sum. v. præcepti transgressio. §. pœna præceptorum. Sor. distinct. 17. qu. 1. a. 2. conclus. 2. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 9. & alii passim. Neque etiam locatio facta ultra triennium valebit pro triennio, & solum irrita pro tempore, sed tota seu simpliciter vitatur. ita probabilis Barrol. in Auth. qui autem de SS. eccles. num. 7. Jason. ibidem. num. 21. Covar. L. 2. var. c. 16. num. 5. citans Abb. Felin. Cardin. &c. Azor. p. 2. L. 7. c. 10. qu. 4. Mantio. de tac. & ambig. contr. Tom. 1. L. 5. tit. 5. in prin. Less. de just. l. c. du. 11. num. 68. Ricc. decif. 117. & 121. Gratian. discip. for. c. 162. num. 22. Valq. l. c. num. 28. & 29. Bonac. d. 3. de contr. Surdus. qu. 8. p. 4. num. 32. & plures alii, quos citat & sequitur Delb. l. c. du. §. 1. num. 1. item C. de Luca de locato. d. 38. num. 2. contra

Bald. in Auth. si quis ruinas. C. de SS. eccl. Imol. in c. ex parte de feudis. Alex. L. 2. cons. 38. Tiraq. de retrab. L. 2. p. ult. num. 144. Molin. de just. tr. 2. d. 467. Molin. de primog. L. 1. c. 21. num. 26. Tuschum. v. locatio. concl. 406. Rebell. l. c. p. 2. L. 14. qu. 6. Barbos. l. c. allegat. 95. num. 15. & alios. Ratio præter alias, quas refert & refutat Delb. est: quod contrahentes dum non consentiunt nisi indivisibiliter in locationem ultra triennium seu plurimum annorum (uti contingere in præsentate patet ex eo, quod locans ultra triennium non locaret eodem pretio, quo locaret ad triennium tantum) deficit eorum consensus in locationem pro tempore à jure permisso ut separatam à locatione pro tempore jure prohibito. Et sic fieri nequit ob defectum consensus separatio in ordine ad valorem temporis à jure permisso à tempore à jure prohibito ad elocandum. His non obstantibus, quod utile non vitietur per inutile; cum id procedat, quando duo sunt separabilia, qualiter in præsentate non sunt separabilia triennium illud & spatium ultra illud; cum locatio tendat in utrumque indivisibiliter. Item quod donatio sine insinuatione facta ultra 500. aureos, tamen sit unica donatio; sit tantum irrita quo ad excessum, & firma quo ad 500. aureos juxta L. Sancimus. C. de donatione. Nam in eo est disparitas, quòd donans ultra 500. & sic plus, quàm sibi permisso, habeat voluntatem donandi, quòd sibi permittitur; in præsentate autem casu locans non contrahit pro tempore sibi permisso, nisi tamen etiam locator & conductor contraherent divisibiliter, & pro tempore sibi permisso, & pro tempore reliquo. V. g. pro triennio & altero triennio, & sic ad sexennium, ut Delb. num. 13. apud quem l. c. §. 2. num. 4. & §. vide responsum ad id, quod ulterius objici poterat. Neque juxta probabiliorum, quam contra Baldum. in c. 1. §. si libellario. quibus mod. feud. amitt. & plures alios, apud Mantio. de ambig. Convention. L. 5. tit. 5. num. 19. tenent. Covar. L. 2. var. c. 16. num. 4. Azor. p. 2. L. 9. c. 2. qu. 3. Rebell. l. c. L. 1. qu. 6. Molin. de just. cit. d. 466. ad finem. Caroc. de locato. p. 3. §. de reb. eccl. locand. concl. 5. 6. 9. Less. l. c. num. 68. Barbos. l. c. p. 3. allegat. 95. num. 19. &c. apud Delb. cit. c. 18. du. 2. num. 1. item C. de Luca. de locato d. 22. num. 2. dicens esse veriorum in Curia & in Rota receptam valet locatio ad sex vel novem annos cum clausula, ut tot sint locationes, quot sunt triennia, ita ut finito triennio primo, ex tunc res de novo locetur; eò quòd per talem machinationem multiplicatæ locationes reipsa res ecclesiæ ad longum tempus locetur contra prohibitionem Extrav. ambitiosæ locetur; cum parum intersit ecclesiæ, quæ solum intendit rem suam non elocari ultra triennium, an locatio ad longum tempus fiat unica elocatione, an pluribus. Et fiat talis locatio in fraudem legis prohibentis locationem ultra triennium. Nisi tamen hoc ipsum uti receptum sit, uti Mediolani consuevisse bona ecclesiastica tali contractu locari ad novennium dicit Delb. l. c. num. 4. remittens ad Bonac. l. c. p. 2. num. 24. qui etiam num. 5. dicit idem esse, seu pari modo non valere locationem factam ad triennium cum pacto etiam in scriptura distincta incluso de locatione elapso triennio renovanda; eò quòd tunc virtualiter fiat locatio ultra triennium, & quidem in fraudem legis, etiamsi fiat duabus scripturis diversis publicis; secus autem sit, si pactum non includatur scripturâ publica, sed fiat privatim; eò quòd privata promissio locationis, neque virtualis, ne-

que formalis locatio sit sed vi illius tantum ea promittitur. Verum, cum non appareat ratio, cur potius pactum in publica, quam in privata scriptura contentum aut privatim factum sit virtualis locatio aut alienatio; sed utrumque æque solum contineat istam obligationem personalem locandi, non secus ac promissio matrimonii, non matrimonium sed solum continet obligationem illud contrahendi; hinc, inquam, de utroque casu pariformiter loquantur & sentiunt. Molin. *cit. d. 466. num. 5.* Quarant. *cit. num. 18.* Ricc. *decis. 71.* Guttier. *99. Can. L. 2. c. 13.* & alii apud Delben. *num. 8.* nimirum, quod non fiat hac ratione locatio ultra triennium. Unde etiam docent posse beneficiarium obligare se obligatione personali ad concedendam commoditatem percipiendi ad plures annos fructus beneficii sui; cum per hoc rem ecclesie non alienet, seu jus in eam conferat, sed solum ad fructus illius personaliter obligetur. hinc sit

Quest. 146. An igitur beneficiarius Fructus beneficii licite absque solennitate ad longum tempus locare aut vendere possit?

R Esp. Id eum posse, non obstante *Extrav. ambigua*, etiam in locis, ubi ea recepta, modo ipsi fundi, unde hi fructus percipiuntur, ultra triennium non elocentur. Ita probabilis Abb. in *c. 2. de his qua sunt à Pralat. & in c. veniens. de transact. num. 1.* Covar. *L. 2. var. c. 16. num. 6.* Molin. *de just. L. 1. tr. 2. d. 466.* Molin. *de primog. L. 1. c. 2. num. 27.* Mantica. *de tac. & ambig. convey. tr. 2. L. 5. ut. 3. num. 21.* Valq. *de reit. c. 2. §. 2. à num. 31.* Less. *de Inst. c. 24. du. 11. num. 7.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 2. q. 7.* & alii, quos citat & sequitur Delben. *c. 8. du. 10. num. 1.* contra Armill. *v. locatio num. 5.* Sa. *v. conductio. num. 13.* Ricc. *decis. 114. num. 5.* Gott. *l. c. c. 88. num. 14.* Bonac. *de contract. feud. qu. 8. p. 4. num. 32.* Barbos. *de potest. Eps. p. 3. alleg. 95. num. 20.* & alios. Ratio responsionis est, quod dicti fructus non sint res seu bona ecclesie, sed privati nempe beneficiarii locatoris. Unde etiam, cum conductor nullum jus in fundum acquirat; adeoque locatio expiret morte locatoris, aut à motione illius à beneficio, nullum ecclesie, aut etiam beneficiario successori ex tali locatione seu alienatione fructuum imminet periculum aut præjudicium; uti id illis imminet, si locatio ipsum fundum contingeret immediate; tunc enim non expiraret, sed beneficiarius successor teneretur stare locationi legitime factæ à prædecessore, non tamen factæ ab eo illegitime; ita ut in casu, dum. V.g. deprehendit ecclesiam esse enormiter læsam per talem locationem contingentem ipsum fundum, possit uti beneficio restitutionis in integrum. Uti etiam, si locatio ad triennium ea lege facta fuisset, ut conductor in primo anno solvat multum, in reliquis duobus annis parum, crearetur successori præjudicium, hic, casu quo prior locator moretetur interea non teneretur stare tali locationi; quin hæredes defuncti locatoris teneantur ex anticipata illa pecunia ad restitutionem eum proportione pro numero annorum, qui post mortem locantis super sunt, ut Delb. *c. 17. du. 24. à num. 6.* De cæteris quæ contra locationem fructuum ad longum tempus objici possent, vide diluta à Delb. *c. 8. du. 10.*

Quest. 147. An valeat mandatum ad locandum res ipsius Ecclesie ultra triennium?

R Esp. Pro ut hæc quæstio diversos sensus habere potest, ita diversimodè ad illam respondendum. Nam primò, si sensus sit, num valeat mandatum, vi cuius quis locare possit ad longum tempus, patet non valere; cum sicut ipse principalis locare nequit ad longum tempus, ita etiam alteri committere nequit, ut sic elocet ad longum tempus. Secundo: si sensus sit, num mandatum datum ad elocandum valeat & duret adhuc post elapsum triennium, ita ut non ceget commissarius nova commissione seu mandato, sed possit in vi ejusdem mandati plures successive facere elocationes ad triennium seu triennales ejusdem rei ecclesiasticæ, videtur respondendum affirmativè, seu id non prohiberi. Sicut enim ipse principalis administrator rerum ecclesiasticarum potest res illas pluribus successive locationibus locare absque eo, quod dicatur locare ultra triennium, intellige, simultaneè, sic quoque id ipsum alteri committendo vices suas uno eodemque mandato, ita ut necesse non habeat illud quolibet triennio renovare. Delb. *c. 18. du. 7.*

Quest. 148. An & qualiter valeat renovatio locationis factæ ad triennium eo nondum elapso?

R Respondet Delb. *l. c. du. 3.* distinguendo, ita ut dicat valere eam, si fiat renovatio post secundum annum elapsum, intellige, iterum contrahendo ad triennium vel infra triennium; eò quòd tunc non censetur prior contractus continuari, & extendi ultra triennium, adeoque non præsumatur cum fraude procedere renovans; sed antiquo contractu finito (cum parùm, quod adhuc restat ad complendum triennium pro nihilo computetur) res de novo locati. Si verò fiat renovatio ante ceptum secundum annum cum eadem persona, sit invalida, tamen si pensio varietur; eò quòd tunc præsumatur fraus, & verum sit dicere; rem ecclesie uni locatam ad quinquennium; dum nimirum renovatio extenditur ad triennium; cum non sit novus contractus, sed prior extendatur; quia jam locum non habet illud: parum pro nihilo reputatur; cum facta renovatione ante ceptum secundum annum adhuc restet potior pars triennii. citat pro hoc Delb. Molinam *cit. d. 466. circa finem.* & Valquium *de emphyteusi. q. 29. num. 15.* nisi quod is contrarium teneat in casu, quo mutaretur pensio. Quod licet improbet Delb. dicendo, variationem illam pensionis non integrè tollere præsumptionem fraudis, neque impedire, quo minus dicatur locatum illi ad quinquennium; adhuc ab eo videtur dici non improbabiler; cum variatio pensionis satis videatur mutationem contractus, & introductionem novi arguere, sive parum sive multum restet ex priore triennio.

Quest. 149. An & qualiter per contractum superficiarium, Libellarium & similem res Ecclesie alienentur?

R Esp. Breviter: Idem ferè dicendum de illo, quod de locatione nimirum quod cum per illum

illum transferatur jus aliquod utile, adeoque, si fiat ad longum tempus sit species aliqua alienationis prohibita per Extrav. ambitiosa.

Quest. 150. An & qualiter res ecclesiastica alienetur per constitutionem servitutum aliarum in ea?

R Esp. Primò in genere: Nomine alienationis comprehenditur constitutio servitutis, sive realis sive personalis, quam in re ecclesiastica alienari prohibita, constituitur (intellige, sine juris solemnitate) est prohibitum *L. ult. C. de reb. alien. vel non alien.* Pirh. *h. t. num. 10.* citans Molin. *de Just. tr. d. 464. in fine.* item C. de Luca. *de servit. d. d. 17. num. 5.* ubi: contra ecclesiam constitui vel acquiri non potest servitus, utpote sapiens speciem alienationis, absque solemnitate beneplaciti Apostoli, & justa causa necessitatis vel utilitatis juxta Extrav. ambitiosa, quin peculiari prohibitione contenta in *Clem. 1. de excomm. prohib. est laicis acquirere servitutem in ecclesiis C. de Luca. l. c. d. 16. n. 2.* loquens etiam specialiter de prospectu acquirendo in ecclesiam. citans Barbo. *juris eccles. l. 1. c. 11. num. 28.* Gavant. *man. episc. v. ecclesia. num. 27.* testantes sic decium per S. Congregat.

2. Resp. Secundò in specie, non posse Prælatum seu Rectorem ecclesie, vel etiam alium beneficium alteri concedere utrum fructum fundi ecclesiastici, *c. 2. de locat.* Quamvis ipsos fructus, ut dictum supra eorumque commoditatem concedere valeat quo ad vitam suam, non ultra sine solemnitate, etsi jus ipsum fruendi & utendi alio, quam usufructuarii nomine transferre nequeat. Pirh. *loc. cit.* Quemadmodum etiam parochus aliusve beneficiarius jus decimarum in alium transferre potest; fructus tamen decimarum vendere aut locare potest etiam laico, ita ut is eos non suo, sed parochi nomine percipiat. Pirh. *loc. cit.* cum Laym. *disp. Can. de reb. eccl. alien. thes. 8.*

Quest. 151. An & qualiter fieri possit alienatio rerum Ecclesie per constitutionem census?

R Esp. Prohiberi quoque per Extrav. ambitiosa contractam censualem seu constitutionem census, tam perpetui, quam vitalitii (intellige, sine solemnitate juris factam) super re ecclesie. Redoan. *de reb. eccl. non alien. c. 27.* Molin. *de Just. tr. d. 494.* Azor. *p. 1. l. 9. c. 1. qn. 2.* Covar. *l. 2. var. c. 2. §. 2.* Delben. *c. 17. du. 1. num. 29.* ea autem, quæ Idem *du. 3. num. 2.* ponit in parenthesis: *quamvis impositio census fiat à Capitulo pro sustinendis expensis litis:* etsi videantur continere confirmationem & extensionem responsionis; junctis tamen verbis summarii *num. 3.* tonant in exceptionem. Et sic in specie juxta expressum & speciale decretum & declarationem S. Cong. Concilii *sub die. 21. Maji. 1624.* sub pœnis in eodem decreto & Extrav. ambitiosa expressis prohibentur regulares inconsulto Pontifice fundare censum, aut pecunias accipere ad mutuum. Novat. *in sum. Bullar. tr. de alien. num. 3.* Peyrin. *in privileg. Minorum. Tom. 2. Consult. Urban. VII.* Delben. *c. 17. du. 8. num. 1.* Nisi tamen exulet urgens necessitas, & interim adiri nequeat Papa, aut S. Cong. quo casu etiam fieri posse oppi-

gnorationem Lampadum & Candelabrorum argenteorum, cum Dian. *p. 5. tr. 13. resol. 6.* & Peyrin. dicit Delben. *l. c. num. 3.* Vel etiam nisi excuset consuetudo legitime præscripta adversus cit. decretum S. Cong. ut Lezan. *in Sum. qq. regular. c. 13. num. 3.* apud Delb. *num. 4.* Porro hujus prohibitionis ratio est, quod impositio census cum sit quedam venditio libertatis bonorum, contineat rationem alienationis seu translationis domini sive directi, sive utilis, *L. fin. C. de reb. eccl. non alien.* Naldus. *v. census. num. 3.* C. de Luca. *de censib. d. 7. num. 2.* ubi: hodie receptissimum præsertim in Rota & Curia impositionem census importare veram alienationem, cadentem sub dispositione Extrav. ambitiosa. Ad cujus effectum copulative requiruntur solemnitas, hodie consistens in beneplacito Apostolico, & justa causa necessitatis & evidentis utilitatis, ita ut unum sine altero non sufficiat. Multoque magis locum habent in constitutione census vitalitii, utpote quæ expresse tendit ad alienationem, quæ contingit secuta morte. Unde etsi constitutio census vitalitii de præsepte sit emptio juris percipiendi fructus ex re fructifera, est tamen alienatio pro tempore futuro; adeoque dicenda non tam emptio quam alienatio fieri prohibita per Extrav. ambitiosa. Delben. *c. 17. du. 2. S. 3. num. 31.* His tamen non obstantibus, potest ecclesia, & in specie monasterium seu regulares emere fundum vel domum, cui jam impositus census; cum in hoc casu ecclesia non tam alienet, quam acquirat bonum illud stabile tali onere affectum. Delben. *loc. cit. num. 8.* C. de Luca *loc. cit. num. 6.* Quin etiam juxta Eundem *ibidem. num. 3.* potest constitui seu creari census V. g. super domo ædificanda vel ædificatione acquirenda, initium ducturus, seu ei inexistiturus, si & postquam ædificata fuerit. Hac ratione, dum ecclesia, novum ædificium volens constituere pro illius ædificatione proque soli acquisitione pecuniam acciperet ad censum hoc pacto, ut census ille creatus conferretur, si & postquam ædificium redactum erit ad esse rei fructifere & capacis istiusmodi census, stante interim hoc contractu quasi in pendulo, & in terminis conventionis conditionalis, tunc prius sortituræ effectum, ubi illa conditio purificata, nimirum ubi ædificium constructum. In eo siquidem casu non agitur contra Extrav. ambitiosa, seu nihil de bonis ecclesie alienatur, sed onus imponitur rei acquirendæ, ita ut hæc eo ipso instante, quo existit, seu acquiritur, dicatur habere annexum illud onus & tanquam sibi intrinsicum, seu prius impressum. Unde licet rei, quæ non est, imponi nequeat actu onus, potest tamen sic pactari, ut ea, quam primum existat, habeat hoc onus citra omne aliud factum paciscentium. Neque videtur contrarium Bullæ Pianæ super forma creandi census aliisque juribus requiruntibus fundum capacem & fructiferum pro tempore ipsius creationis census. Hoc enim in eo sensu accipiendum: ut census actu inexistat fundo existenti, is debet esse actu fructifer, per quod non negatur posse constitui censum anticipativè in re futura, & quasi conditionatè, si & ubi ea existat, uti etiam, ubi plura requiruntur ad perficiendum contractum, non repugnat ea poni diverso tempore prius numeratur pecunia tanquam præparatio seu præventivum implementum requisiti pro contractu perficiendo pro tunc, & postquam ædificium construendum ad statum capacitatis census pervenerit.

Quest.

Quæst. 152. An & qualiter res Ecclesie alienentur per hypothecationem earum?

1. **R**esp. quamvis Fagn. in c. nulli. h. 1. num. 29. cum Butr. *ibidem* not. 1. & Imol. n. 2. quos citat, dicat, aliud esse alienare, aliud specialis hypothecæ titulo obligare; melius tamen alii videntur distinguere dicendo, alienationis nomine in materia favorabili ecclesiæ & privilegiatis personis comprehendi constitutionem pignoris & hypothecæ, saltem specialis, secus in materia odiosa. Covar. l. 2. var. c. 16. num. 6. Pirh. h. 1. n. 5. Delb. 6. 17. num. 30. & 32. Nisi, ut idem Pirh. & alii constituta in tanta quantitate, ut non sit facile redimibilis; adeoque non exponatur probabili periculo alienationis. Tum quia hypotheca ponitur expresse inter contractus prohibitos, tam in *Extrav. ambiciosa*, quam in decreto S. Cong. tum quia, qui non potest alienare, etiam non potest hypothecare, ut Covar. l. c. Valq. de redit. c. 2. §. 2. n. 32. Molin. de just. tr. 2. d. 464. Azor. Tom. 2. l. 9. c. 1. qu. 2. Delb. c. 17. du. 3. n. 5. & alii apud Barbof. de potest. Episc. alleg. 19. n. 85. Ac denique, quia ut Delb. n. 6. favore ecclesiæ alienationis prohibitio comprehendit omnem actum, per quem in extraneum jus aliquod utile transfertur, & per quem in rebus ecclesiasticis servitus aliqua constituitur, nisi sit per hypothecationem. Neque his obstat, quod ob rem ecclesiæ seu beneficii datam in hypothecam non incurrat pœna, nempe privatio beneficiorum constituta in *Extrav. ambiciosa*, nam etsi ibi quoque prohibeatur hypothecatio talis, per quam ad alienationem pervenitur, hæc tamen prohibitio hypothecæ intelligitur respectu validitatis actus, quod datur res in hypothecam, qui non minus, quam actus venditionis prohibetur & annullatur in illa *Extrav.* non autem respectu illius pœnæ. Cumque differat vis legis, quæ punit, à virtute, quæ prohibet, ab una ad aliam non rectè inferitur, ubi diversa occurrit ratio. Et sic in præsentem, dum agitur de puniendo ob alienationem, verbum *alienationis* accipitur strictè & propriè pro translatione domini, ut Alex. conf. 41. n. 5. & 6. l. 6. Bald. in l. final. C. de rer. alien. n. 1. item Lotter. de re benef. l. 3. qu. 25. n. 23.

2. Dixi tamen: *Saltem hypotheca specialis*: Nam prohibitio hæc probabilis non comprehendit hypothecam generalem. Arg. c. nulli h. 1. per sensum contrarium; ubi eo ipso, quod tantum prohibeatur hypotheca specialis, permittitur generalis; & ita sentiunt Abb. in idem c. num. 3. Jo. And. num. 1. Covar. loc. cit. Fagn. loc. cit. n. 30. Molin. loc. cit. d. 466. n. 1. Redoan. de reb. eccl. non alien. quest. 2. c. 6. num. 11. & 12. Laym. ib. mor. l. 3. tr. 4. c. 10. num. 2. Delb. c. 17. du. 3. num. 6. & seq. Pirh. h. 1. num. 5. contra Rodriq. 99. regular. quest. 7. a. 1. Valq. loc. cit. du. 8. n. 7. Bonac. Quarantam & alios, quos citat Delb. c. 17. du. 1. num. 31. sentientes quoque generalem; eò quod simus in materia favorabili Ecclesiæ & cit. *Extrav.* loquatur absolute. Ratio responsionis est; quod per generalem non tam maneat obligata res, quam persona. Unde, qui bona sua hypothecæ generali obligavit, non prohibetur ea alienare, & sic alienata creditori non submituntur & non tantum juris in rem per illam cum periculo eà alienandi transfertur, quam per specialem. Delbene. Pirh. LL. cit. Unde jam, si prohibitionem hypothecæ non comprehendatur generalis, poterit Prælatus bona ecclesiæ obligare sub hypotheca generali

absque consensu alicujus superioris & alia solennitate canonica. Pirh. loc. cit. Arg. c. nulli. h. 1. qui tamen addit, quod licet hypotheca generalis prohibita non sit, non tamen etiam sit simpliciter permittitur sine justa causa, ut Redoan. Item non esse permittam cessante utilitate ecclesiæ; posse tamen in casu permittitur fieri generalem hypothecam sine autoritate Episcopi, tanquam magis communem contra Butr. & Imolam cum Gl. in *Amb. de non alien. §. nos igitur. v. specialis*, & Abb. in c. nulli. n. 2. & aliis defendit Fagn. in idem c. nulli. n. 31. Addita etiam hac ratione: quod, cum hodie ex stylo generalis obligatio bonorum fieri solet in omni contractu, nimis grave foret, si semper Episcopus esset adendum; ut sit vix reperiretur, qui cum Ecclesia vellet contrahere, nec obstat ait, L. penult. C. de his qui ven. ataris imper. in qua se fundant Butr. & Imol. eò quod, ut Alex. conf. 118. num. 20. l. 5. loquatur de hypotheca speciali. Ac demum ait Fagn. n. 32. hanc sententiam suo tempore approbatam à S. Cong. Concil. in contractibus regularium.

Quæst. 153. An & quales res Ecclesie alienentur cessione litis aut juris?

1. **R**esp. ad primum: Cessio litis mota super rebus ecclesiæ, quas Prælatus solus sine consensu Capituli alienare nequit, comprehenditur nomine alienationis prohibita fieri sine solennitate juris. Pirh. h. 1. num. 10. Delb. c. 17. du. 12. n. 7. citans Quarant. v. alienatio, num. 22. & Armill. eod. num. 16. eò quod cessio litis sit etiam cessio juris jam quæsitæ; cum cedens liti, nisi aliam suam intentionem clarè exprimat, necessariò censetur velle etiam renunciare juri suo, si quod habet Arg. L. si postquam. C. de pactis. Adeoque Prælatus non habens jus alienandi, hanc cessionem faciens, indirectè facit, quod directè facere prohibetur, nempe alienat contra reg. juris 84. in 6. quod una via prohibetur alicui, ad id alterà via non debet admitti. Unde jam

2. Resp. ad secundum: Etsi cessio juris acquirendi non sit alienatio & in eo Prælatus præjudicare possit, ut cum communiore Delb. c. 17. du. 12. n. 1. cessio tamen juris quæsitæ est vera alienatio; quia jus acquisitum numeratim inter immobilia bona vel mobilia pretiosa ac consequenter in ea cessione servanda sunt solennitates. Atque ex his deducuntur sequentia. Primò, quod Prælatus, qui est dominus directus emphyteusis ecclesiasticæ, sine solennitate remittere possit caducitatem emphyteusis, quæ contingit, dum emphyteuta incidit in commissum ob non solutam pensionem; cum talis remissio non sit cessio juris acquisiti simpliciter, sed acquirendi, si nimirum dominus voluerit. Delb. loc. cit. num. 9. citatis Claro §. emphyteusis. quest. 1. Rebell. de oblig. just. l. 13. qu. 11. num. 7. Sanch. de marr. l. 6. d. 4. num. 13. Barbof. de potest. Episc. alleg. 95. n. 64. Quarant. Bonac. Ugol. &c. remittere tamen non posse videtur. Dum declaravit, se velle incursum caducitatem. Siquidem Emphyteuta à die talis voluntatis declarata censetur incurrisse caducitatem, & sic jam jus acquisitum ecclesiæ. Delb. l. c. n. 10. & 11. remittens ad Less. de just. l. 2. c. 24. du. 9. num. 46. præsumi verò commissam caducitatem, si Prælatus recipit pensionem & canonem pro tempore elapso, nulla facta protestatione, affirmant Clar. l. 6. Bonac. de emphyt. p. 2. n. 15. Meroch. l. 3. pra-

presump. 112. num. 1. alique ab eo citati. Secundo, quod Prælatus nequeat sine solennitatibus juris transigere vel concordiam inire super rebus ab ecclesia possessis, ita ut vi transactionis ex earumve possessio tradantur seu in alium transferantur; cum per hoc alienetur jus quæsitum. *Pirh. b. t. num. 10. Delb. l. c. n. 3. § 4.* ubi etiam secus esse ait juxta probabilem de transactione super re nondum possessa ab Ecclesia. Quod verum videtur, si per transactionem nihil alienetur seu dimitatur, quod habet certò, sed solum, quod sub dubio sperabatur, remittitur pro alicujus rei certæ acquisitione, pro uttenent. *Quarant. v. alienatio. n. 20. Barbos. l. c. n. 63. Bonac. d. 3. q. 8. p. 4. num. 20. & alii apud Delb. vel etiam, ut ait Pirh. l. c.* Si per transactionem acquiratur possessio, quam nondum habebat, modò tamen per eam transactionem è contra jus nullum certum aut res certa cedatur, hoc enim si fieret, transactio videretur habere speciem aliquam permutationis. Et sic etiam posse regulares transigere sine solennitate super re litigiosa, utpote quæ, quia litigiosa, censetur nondum incorporata religioni, præsertim ad evitandas graves expensas in litem faciendas, cum Bordonò *resol. 27. n. 59.* ait *Delb. l. c. n. 5.* Tertiò, quòd fieri nequeat transactio sine solennitate juris super decimis futuris (intellige, quòd ad jus illas percipiendi) eò quòd talis transactio sit quædam alienatio & cessio juris acquisiti ad res futuras, habet *Delb. l. c. num. 6.* citatis *Quarant. cit. num. 10. Genuens. in pr. c. 60. num. 19. Ricc. decis. 41. § 46. & alii.*

Quæst. 154. *Anigitur etiam Prælatus sine solennitatibus repudiare nequeat legatum vel hereditatem oblatam Ecclesie?*

Resp. Quæstionem hanc tractatam ad *tit. 10. q. ult.* ubi quidem potissimum actum de consensu Capituli ad hoc requisito; extendunt tamen se etiam ibi dicta ad reliquas solennitates requisitas ad alienationem rei ecclesiasticæ; cum tota controversia fundetur in eo, num talis renunciatio rationem contineat alicujus alienationis. Quàm ferè problematicè tractat *Delb. c. 17. du. 6.* Dum post affirmativam, nimirum, quòd nequeat repudiare legatum, pluribus stabilitam, contrariam, nimirum, quòd possit repudiare, subjungit, & citatis pro ea plurimis, argumenta contra illam se adducta diluit. Inter quæ erat illud; quòd favore ecclesiæ talia relicta ipso jure transeant ad ecclesiam, etiam absque traditione juxta *L. fin. C. de SS. Eccles.* & quòd legatum in specie relictum transit à morte testatoris in Dominium legatarii absque eo, quòd necesse sit expectare aditionem hereditatis juxta *L. hujusmodi ff. de legatis. §. strictius.* Ad quòd respondet, transire talia ipso jure ad ecclesiam, non absolute, sed revocabiliter & conditionatè, nimirum, si legatario placuerit. Item illud, quòd Pupillus sine autoritate tutoris repudiare nequeat fundum sibi legatum, eò quòd rem suam repudiare nequeat. *L. magis puto. §. si pupillus. ff. de reb. eorum.* Ad quòd respondet assignando disparitatem, nimirum; quòd pupillo seu minori prohibita sit non solum alienatio bonorum, sed etiam ommissio lucri; Prælato verò solum prohibita sit alienatio lucri, non idem ommissio lucri. De cætero quidquid sit de hac controversia, convenire DD. in sequentibus ait. Primò, Prælatum quin & monasterium graviter peccare posse non

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

admittendo tale legatum vel hereditatem, nisi ex causâ valde rationabili id faciant. Prælatum quidem contra justitiam, utpote ex qua tenetur consulere utilitati monasterii: monasterium autem saltem contra caritatem aliamve virtutem, prodigè scilicet repudiando tale legatum vel hereditatem in damnum aliorum religiosorum succedentium, pro quo *loc. cit. num. 22. & 23.* citat *Bonacin. de contract. d. 3. quæst. 8. p. 4. num. 8.* Secundo, quòd possit ecclesia vel monasterium in hoc casu repudiati legati vel hereditatis petere & obtinere restitutionem in integrum utpote ei competens, quotiescunq; negligentia vel facilitate Prælati lasa fuit, ut *Gl. inc. auditis. de integ. restitu. v. restitutum.* pro quo citat *Covar. l. 1. var. c. 3. num. 10. & 11. Bonac. loc. cit. num. 38. Less. de Inst. l. 2. c. 17. du. 9. num. 66.* modò (ut limitant apud eundem. *Molin. de Just. tr. 2. d. 468. num. 14. Vasq. de rediv. c. 2. §. 2. du. 4. num. 39. Quarant. v. alienatio. num. 4. Sanch. de mat. l. 7. d. 4. num. 15. & alii*) res non fuerit acquisita alteri ecclesiæ, eò quòd tunc sit melior conditio ecclesiæ possidentis. Vel etiam potest agere contra Prælatum; quia is ex officio tenebatur prospicere utilitati ecclesiæ, juxta *c. quicumque 12. quæst. 4. Sanch. loc. cit.* Tertiò, quòd valida non sit repudiatio legati vel hereditatis facta sine solennitatibus juris, si facta sit in favorem illius, ad quem aliàs hereditas non pervenisset, sed solum pervenit ex eo, quòd Prælatus in gratiam illius repudiavit; idque, quia talis repudiatio non est pura repudiatio; cum fieri nequeat sine aditione hereditatis; Prælatus autem non possit validè sine solennitatibus juris hereditatem jam aditam repudiare; quippe hæc foret vera alienatio, seu juris quæriti in alium translatio, pro quo *Quarant. loc. cit. num. 23. & 43. & alii citant decis. Rotæ.*

Quæst. 155. *An & qualiter translatio rerum Ecclesie tanquam alienatio prohibita?*

Resp. Nomine alienationis prohibita sine solennitate in hac materia comprehenditur translatio bonorum, reddituum & jurium unius ecclesiæ particularis in alium ecclesiam. Unde Episcopus aliusve simili jurisdictione præditus. V. g. Abbas in ecclesiis pleno jure sibi subjectis, nequit agrum, prædium, jura aliasque res immobiles aut mobilia pretiosa unius ecclesiæ in aliam, etiam sibi subjectam, pro libitu suo transferre sine consensu utriusque ecclesiæ seu clericorum. uti hæc patent ex *c. non licet b. t. Pirh. b. t. num. 6.* Poterit tamen id ex causâ justa (qualis esset, dum una ecclesia egeret, & altera redditibus abundaret) accedente consensu Capituli. Ex ea etiam ratione, quòd ecclesiæ particulares (intellige, eidem Prælato vel monasterio subjectæ) sint veluti membra unius Ecclesiæ universalis, ideoque sibi invicem subvenire debent, sicut membra unius corporis. *Abb. in cit. c. non licet num. 5. Laym. in disp. Can. de reb. eccles. alien. thes. 4. Pirh. loc. cit.* Modò relinquuntur ecclesiæ, à qua fit translatio, quæ sufficiant Rectori & ministris illius & fabricæ. *c. penult. de his que sunt à Præl. quin etiam, ut citati AA. elemosynis erogandis in pauperes illius loci.* Sed neque suffragari amplius regularibus privilegia, vi quorum poterant monasterii unius bona

transferre in aliud, ut videre est apud Rodriq. *qq. reg. tom. 2. q. 125. a. 9.* & Peyrin. *tom. 1. privileg. Minor. in Constit. Julii II. n. 76.* utpote cessantia quoad hoc propter decretum S. Cong. dum in eo revocantur omnia privilegia regularium in ordine ad alienationes dictorum bonorum faciendas, ait Delb. *c. 17. du. 3. num. 12.* In specie autem, etsi Episcopus sine licentia Papæ ex justa causa tamen cum consensu Capituli transferre possit corpus seu reliquias sanctorum de ecclesia una in aliam; id tamen licite facere nequit, & fortè nec validè sine justa causa; quia est species alienationis, ut ait Fagn. *in c. ex eo. de reliq. & venerat. SS. num. 32.* Sed de hoc paulò post, ubi de rebus, quæ alienari possunt vel non possunt.

Quæst. 156. An & qualiter compromisso super rebus Ecclesiæ contineat alienationem prohibitam?

Resp. Compromissum tale sine solennitate juris fieri nequit; cum ex eo sequi possit alienatio seu translatio rei aut possessionis illius in alium. Wiestn. *b. t. num. 4.* ex ea ratione, quod, qui de re liberè disponere, eamque alienare nequit, etiam super ea compromittere nequit, ut Abb. *in c. dilecti. de arb. cum communi.*

Quæst. 157. An in concessione per precarium, vel ad beneplacitum Ecclesiæ rei immobilis vel mobilis pretiosæ servande sint solennitates juris?

Resp. Cum Delb. *c. 18. du. 19.* citante Riccium *decis. 68. n. 74.* affirmativè, eò quod per talem concessionem verè jus in rem transferatur in alium, & sic fit verè alienatio. Secus, si concedatur solus usus seu sola commoditas ad breve tempus, ita ut nullum dominium, nec directum nec utile transferatur. Quod ex eo confirmatur, quod aliàs non possent sine incurfione censuræ aliarumque pœnarum. *Extrav. ambrosiæ.* commodari lampades, calices aliaque mobilia pretiosa ecclesiæ, quod est absurdum & contra praxin.

Quæst. 158. An & qualiter per unionem Ecclesiæ vel beneficii unius cum alio contingat alienatio, eaque solennitates juris requirant?

1. **R**esp. primò: unionem hujusmodi habere & esse speciem alienationis, conveniunt ferè AA. Rebuff. *in pr. benef. in reg. Cancell. 21. de unionib. gl. 11. num. 2.* Laym. *in disp. de reb. eccl. alien. thes. 3.* Pirh. *b. t. num. 7.* Delb. *c. 17. du. 13. n. 7.* juxta *c. tua. de his que sunt à Prælat. c. pastoralis. de donat.*

2. **R**esp. secundò: non potest fieri ab Episcopo sine solennitate juris. Quarant. *v. alienatio, num. 35.* & alii apud illum Delb. *l. c.* & nequidem adhibitis etiam solennitatibus unire ea sua aut Capitulari mensa, non obstante etiam in contrarium consuetudine immemoriali ut dictum *ad iii. 11.* Qualiter verò inter ceteras ab Episcopo aut etiam Legato Apostolico in facienda hac unione necessario requirendus consensus Capituli Cathedralis, & qualiter is ab eo præstandus, dictum quoque *ad iii. de his que sunt à Prælat.* Præter quem consensum inter solennitates has numeratur consensus illius Prælati vel Superioris, cui ecclesia unienda est subjecta, Gl. *in*

clém. 2. b. t. v. Rector; non tamen Rectoris ecclesiæ seu possessoris beneficii uniendo. *c. consultacionibus. de donat. Gl. cit. v. vocatus,* utpote cui nullum per hoc præjudicium creatur; cum non obstante unionem, ipse retineat ecclesiam vel beneficium, unioque effectum habitura non sit, nisi post mortem aut amissionem illius. Azor. *p. 2. l. 6. c. 28. q. 12. Sanch. l. 7. mor. c. 29. n. 171.* Barbof. *in collect. ad cit. clem. 2. num. 2.* Item requiritur vocatio collatoris beneficii uniendo; quia huic fit præjudicium, saltem in potestate providendi beneficium unitum. Abb. *in cit. clem. n. 5.* & si est patronatum, etiam patroni contentus, si est laicus. *cu. c. pastoralis.* Rebuff. *l. c. à n. 6.* Azor. *l. c. Pirh. b. t. num. 8.* Item, ut Episcopus, etiam cum consensu sui Capituli, uniat partem aliquam decimarum aliorumve reddituum alicujus ecclesiæ Parochialis vacantis alteri ecclesiæ vel præbendæ, requiritur insuper, ut illi ecclesiæ vacanti constituatur Curator vel Defensor, qui vicem Rectoris suppleat juxta *c. 1. b. t. in 6.* qui tamen non requiritur, dum Episcopus totam ecclesiam vacantem unit alteri juxta *clem. 2. b. t. disparitatem* hujus hanc assignat Gl. *incit. clem. v. defensor.* quod per unionem totius ecclesiæ vacantis nulli fiat præjudicium; per unionem verò partium bonorum ecclesiæ vacantis magnum fiat præjudicium Rectori futuro, utpote cujus sustentatio per hoc minuitur. Barbof. *l. c. n. 13. & 14.* Pirh. *l. c.* De cætero ipse etiam Papaliter beneficia quæcunque unire possit ex causâ iustâ sine ullis aliis solennitatibus; cum plenissimam habeat in beneficalibus potestatem. *c. 2. de præbendis.* non solet tamen id facere, nisi priùs requisito consensu Episcopi seu Ordinarii & Capituli Cathedralis, vocatisque eis, quorum interest; cum non solear juribus ecclesiarum derogare, & alienationes facere pro suo libitu. ita Pirh. *b. t. num. 9.* citato Laym. *ubi ante thes. 3.* Porro quod distulim hic de unionem beneficii, idem dicendum de dissolutione unionis & dismembratione ecclesiæ Parochialis, aut etiam reddituum illius alteriusve dignitatis, aut etiam suppressione de quo quoque vide dicta *ad iii. de his que sunt.*

Quæst. 159. An & qualiter Papa alienare possit res ecclesiasticas?

Resp. Certum est, Papam posse in casibus sibi licitis sine solennitatibus juris positivi res ecclesiasticas alienare tam Ecclesiæ Romanæ, quam aliarum ecclesiarum inferiorum eo ipso, quod quacunque lege humana sit superior. Item non subdi illum pœnis ejusdem juris positivi; cum legislator non teneatur quo ad vim coactivam & punitivam legibus suis aut Prædecessorum suorum. Adeoque non obstante *can. non liceat 12. quæst. 2.* quod est Symachi Papæ; cujus varias interpretationes vide apud Wiestner. *b. t. num. 17.* solo tamen jure naturali & divino prohibetur facere alienationes inutiles bonorum ecclesiæ, cum eorum non sit dominus sed supremus administrator, non ad dissipandum, sed ad dispensandum à Christo constitutus, ut cum communi & recepta doctrina. D. Tho. *2. 2. quæst. 10. a. 1. ad 7.* Laym. *l. 3. tr. 4. c. 10. n. 11.* Delb. *de immunit. eccl. c. 17. du. 27. n. 3.* & seq. qui etiam *à n. 6.* alstruit teneri illum ex prævio aliquo facto distribuere & alienare non nisi juxta mentem fidelium ea relinquendum & donantium, ita ut, si contra illam sine rationabili causa res unius ecclesiæ in aliam ecclesiam aliumve pium utam, vel etiam beneficium ab uno beneficiario in alterum transferat, alienatio talis sit quidem valida, non justa. Sed quidquid sit de hoc,

hoc, juxta dictam communionem aliorum cum Navar. *in comment. de spol. clericor.* §. 2. & 3. num. 9. & §. 15. num. 4. & aliis tenent idem Laym. & Delb. *LL. cit.* Neque justam neque validam esse alienationem, quâ bona illa in usus profanos convertit. v. g. sine causa rationabili donando ea laicis. Unde etiam infert Delb. num. 9. peccare illum contra justitiam in hoc casu, & teneri illum ad compensandum damnum Ecclesie, & eum, qui illa ab eo recipit, non fieri eorum dominum, uti etiam, quod Papa non habeat dominium cum plenitudine potestatis rerum Ecclesie, confirmatur ex eo, quod ea dicantur esse patrimonium Christi & bona Dei. *c. cum secundum, de preb. c. qui Christi.* 12. q. 2. Adeoque Christus & Deus sit eorum Dominus, non universalis, uti est ceterarum rerum, sed & particularis, quatenus ipsi specialiter offeruntur. Item ex eo, quod AA. aliqui sentiant, earum dominium esse penes congregationem fidelium, vel eorum ecclesiasticorum cujuscunque particularis ecclesie ex eo, quod bona illa alicujus Episcopatus dicantur de ejus patrimonio. *c. judicatum, dist. 99.* & dos talis ecclesie. Saep̄ etiam eorum dominium acquisitum tali ecclesie, non tantum per donationem, sed etiam per emptionem. Uti illud exinde esse penes ecclesiam, tenent Molin. *de just. tr. 2. d. 29. concl. 2.* Less. *de just. l. 2. cap. 4. du. 6.* Vasq. *de rebus eccl. c. 2. §. 1. du. 1.* & alii apud Delb. *l. c. num. 15.* qui nihilominus contrarium, nimirum, quod dominium eorum sit penes Papam, non omnino improbabiler defendi ait à Paris. *de rebus l. 2. q. 4. n. 39.* Redoan. *de spoliis. q. 1. num. 21.* Gonz. *ad reg. 8. concl. in proem. §. 1. num. 23.* & alii plurimis, quos citat. De cetero in alienatione rerum ecclesie facta à Papa in toto conscientie semper præsumendum adfuisse causam rationabilem & sufficientem, nisi evidenter constet oppositum; cum in dubio non præsumatur delictum commissum, Præsertim à Principe, & quidem ecclesiastico vices Dei gerente. ita Suar. *de censur. d. 41. s. 3.* Soro *de just. l. 7. q. 8. a. 7.* Sanch. *de matrim. l. 8. d. 17. n. 17.* quamvis id ipsum distinguat Delb. *l. c. du. 28. n. 4.* ita ut procedat, quando Papa alienat motu proprio & ex certa scientia, ut Redoan. *l. c. q. 3. §. 1. n. 10.* Sopran. apud Filiuc. *tr. 44. c. 3. n. 30.* qui tamen minus recte, ut Delb. *n. 5.* addupt. id etiam locum habere, etiamsi alienatio fieret in præjudicium tertii; cum Papa nunquam præsumatur velle derogare juri alterius, nisi id exprimat, etiam in concessione cum clausula: *motu proprio.* Secus, verò, seu non præsumatur adesse causa sufficiens, dum alienat ad instantiam partis; eò quod impetrans potuerit decipisse Papam alligando causam justam falsò. Unde etiam in hoc secundo casu recipientem non tam facile excusari ab obligatione restituendi, quam in primò, ait Delb. *n. 8.* qui etiam *n. 9.* & 10. addit, eum, cui confert Papa, seu qui recipit ab eo ex rebus ecclesiasticis ob futura merita, ad servandum modum seu conditionem, quam Papa in tali alienatione tacite apposuisse præsumitur, & ex circumstantiis, in quibus positus Papa alienavit vel donavit, facile conjicitur. V. g. ut ecclesia defendatur reficiantur templa, pauperes juventur &c. teneri ex justitia; & tali conditione non servata, non esse quidem ipso jure irritam, posse tamen revocari; uti etiam Papa ex justa causa factas à se vel prædecessoribus suis alienans ob justam causam revocare potest & irritare; ut Idem, *n. 11.* qualiter verò Pontifex etiam ex justa causa alienare donando, in feudando castra, dominia pertinentia ad Sedem Apostolicam ne-

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

queat, nisi prius relaxet sibi, aut per alium, cui ad hoc facultatem dedit, ob justam causam juramentum, quo se in promotione sui ad Cardinalatum, ac dein iterum vacante Sede Apostolica, in conclavi, uti & in assumptione sui ad Pontificatum obtraxit ad non alienanda bona Ecclesie, consensumque suum ad hoc non præbendum, vide apud Delb. *l. c. num. 29.*

Quest. 160. Qualiter Prælati inferiores res Ecclesie alienare possint?

RESP. Prælati inferiores, etsi sint administratores tantum bonorum ecclesiarum sibi subjectarum, posse alienare res earum, etiam immobiles & mobiles pretiosas ex justa causa & adhibitis solemnitatibus extra dubium est. Possunt quoque sine solemnitatibus Prælati, etiam regulares ex fructibus bonorum monasterii facere pingues elemosynas. v. g. ut Delb. *c. 17. du. 1. n. 59.* decem modiorum tritici; cum fructu non comprehendantur neque Extrav. ambitiosa. Neque decreto S. Cong. accommodare; & hinc etiam poterit Prælatus, vel etiam beneficiarius fructus suæ Prælatuæ vel beneficii liberaliter cedere alteri, etiam pro tota vita sua; cum sic non transferat jus aliquod ad bona beneficii, sed solum se obliget personaliter ad dandum alteri, quod ex suo beneficio perceperit. Idem est de distributionibus. Delb. *c. 18. du. 2. n. 9.* vide dicta supra q. antehanc. 7. Item possunt Prælati ad tempus breve quæcunque & quantumcunque pretiosa ad usum tantum sine translatione domini etiam utilis, concedere, cum hæc non sit alienatio. Pluraque sunt alia, de quibus disponere eaque alienare possunt sine solemnitatibus, de quibus paulò post. De cetero res immobiles aut mobiles pretiosas, etiam cum causa sine solemnitatibus (quod secundum etiam in textibus juris non exprimitur, subintelligendum tamen, ut Pirh. *h. t. n. 11.*) alienare sub quacunque alienationis specie utroque jure sub gravibus pœnis prohibetur. & jure quidem civili *L. jubemus. C. de SS. Eccles.* quæ constitutio Leonina restricta ad Ecclesiam Constantinopolitanam, dein à Justin. Imper. extensa ad quascunque ecclesias, monasteria locaque pia ubique terrarum, ut eorum res immobiles vendi, donari, commutari, aut quovis alio modo in quamcunque personam alienari nequirent. Quin latæ *in c. Constit. Leonina* pœnæ incurrerentur, per *auth. hoc jus porrectum. C. eodem,* ut refertur. *c. 2. caus. 10. q. 2.* quæ demum, ut *in c. nulli. h. t.* approbata & canonizata, ut Abb. *ibid. n. ult.* & insuper usu seu consuetudine fori ecclesiastici observata, præter juris Imperialis, etiam juris ecclesiastici auctoritatem obtinuit. Jure verò Canonico. *c. 1. c. quidquid. c. sine exceptione. 12. q. 2. c. Apostolica. c. tua. de his que sunt à Prel. c. nulli. c. unico. h. t. in 6. clem. dudum eod.* & maxime *Extrav. ambitiosa* quibus juribus accessit Trid. *Sess. 22. c. 11.* & plures aliarum constitutiones Apostolicæ non clausæ in Corpore juris, puta Leonis X. quæ incipit. *ad audientiam.* Julii III. *cum sicut accepimus.* Pauli IV. *injunctum.* Pii V. *ad Romani.* ac denique jussu Urbani VIII. 7. Sept. 1624. per S. Cong. Concil. editum decretum, spectans specialiter monasteria, collegia, conventus, congregationes & domos religiosorum; & sic etiam specialiter prohibetur regularibus stabilia & mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, vendere, nequidem pro fabrica, vel ad effectum cœmendi census. Delb. *c. 17. du. 3. n. 11.* & DD. apud Barbol. *in collect. Bullar. v. stabilia.* Unde jam etiam vides, hanc prohibitionem antiquissimam ab ipsiſ Apostolorum temporibus deductam.

L 2

Arg.

Arg. cit. *Can. Apostolicos*. 12. q. 2. ubi: *Apostolicos & paternos canones renovans &c.* Atque ita exigebat ecclesiarum aliorumque locorum piorum necessitas & summa utilitas prohiberi eorum Prælatis & administratoribus sibi sæpe suisque consanguineis plus æquò studentibus, vanitati & luxui indulgentibus liberam ab omni canonica solemnitate absolutam distractionem & alienationem bonorum temporalium ad congruam beneficiatorum aliorumque ministrorum suorum sustentationem; fabricæ conservationem, pauperibusque subveniendum & similia necessariorum.

Quest. 161. Quæ res seu in quibus casibus alienari prohibeantur etiam servata forma & solennitatibus juris?

Resp. res ecclesiasticæ, quarum alienatio prohibetur, etiam si fieret eo modo, quo alias permittitur, enumerantur à Gl. in *Auth. hoc jus porrectum. de SS. Eccles. v. perpetuò* quæ Auth. canonizata est in *c. ea enim. §. hoc jus. 10. q. 2.* & sunt ferè sequentes. Primò res ea conditione donatæ Ecclesiæ, ut non alienentur. *cit. auth. col. 9. §. sanctissimi.* junctâ Gl. *v. alienent.* ubi ait tale pactum servandum. & *l. ult. C. de reb. alien. vel non alien.* Excipiendus tamen casus magnæ & evidentis utilitatis, ut cum Laym. *disp. de reb. eccles. non alien. thes. §. 3. Pirh. h. t. num. 23.* Hinc res immobiles, quæ ex donatione vel fundatione Imperatoris pervenerunt ad Ecclesiam alienari nequeunt. *cit. auth. §. ea verò.* quia eæ hac tacita conditione ab Imperatoribus vel Regibus donatæ censentur. *Pirh. l. c. citans Rosenthal. tr. de feudis c. 4. concl. 9.* Unde etiam, dum urgente necessitate ab Episcopis aliisq; Prælatis alienantur, prius requirendum Imperatoris consensum ajunt *Pirh. & Laym. LL. cit.* idque necessariò, dum sunt quandoque feuda Imperialia, quæ sine licentia domini alienari nequeunt. Secundò ipsa Ecclesia vel monasterium alienari nequit, ita ut in usum privatorum non transferatur. *cit. auth. §. & quoniam.* Unde dum *Delb. c. 17. du. 17. n. 1. & 6.* dicendo: materialis ecclesia, oratorium ad perpetuum usum ecclesiasticum auctoritate Episcopi fundatum, item monasterium & conventus alienari non possunt sine solennitatibus juris: supponere videtur, alienari posse adhibitis solennitatibus, loqui censendus est, de alienatione, quæ transferuntur in usus aliorum ecclesiasticorum vel religiosorum, & non de eà, quæ transferuntur in usus privatorum. Tertiò dum Episcopus ipse aliisque Prælatus rem ecclesiæ suæ, aut etiam ab ecclesia inferiore sibi subjecta ex suis propriis bonis emere nequit. *cit. auth. §. æconomis.* cum sibi auctoritatem in proprio facto præstare nequeat, res talis ab ecclesia in eo casu alienari nequit. *Pirh. Laym. LL. cit.* Denique res ecclesiastica nulla ratione transferri potest in hæreticum aut Judæum. *Auth. de ecclesiasticis titulis. §. jubemus. coll. 9.*

Quest. 162. Quenam res ecclesiasticæ liberè & sine solennitate juris alienari possint?

1. **R**esp. primò: jure utroque alienari sic possunt (si sic ecclesiæ vel piis operibus expedite judicaverit Prælatus, ut addit *Delb. loc. paulò post citand.*) res mobiles non pretiosæ, & quæcun-

que servando servari non possunt; cujusmodi ferè sunt, quæ usu consumuntur, vel brevi tempore veterascunt, puta fructus, frumentum, oleum, vinum, (de quo tamen fortè dubitari possit, ubi pretiosum, ferens ætatem, & cum ætate evadens melius; præsertim, dum *Fagn. in c. nulli. h. t. num. 23. Delb. cap. 17. du. 2. §. 2.* & alii id intelligant de rebus, quæ non durant triennio) pecudes, vestes pleræque &c. *Abb. in c. nulli. num. 5. & 8. Holt. in sum. h. t. num. 2. Molin. de just. tr. 2. d. 468. concl. 1. Barbol. de potest. Episc. p. 3. alleg. 95. num. 37. Pirh. h. t. num. 18.* (qui etiam addit pecuniam quotidiano usui deservientem, quæ servata nullum fructum parit) *Delb. cap. 17. du. 9. supposit. 2. num. 1.* & alii passim. Sumuntur hæc per sensum contrarium ex jure omnibus prohibentibus alienationem rerum immobilium & mobilium pretiosarum. Tum, quod non requiritur prohibitum, regulariter censetur concessum. *L. nec non. §. 2. ff. ex quib. caus. major.* tum quia expressâ & assumptâ (uti hic contingit per prohibitionem alienationis immobilium) una specie ex contrariis, altera censetur exclusâ. *Arg. L. si inter ff. de except. rei judic.* Atque ex his infert *Pirh. cit. num. 18.* posse Prælatum pecunias ex rebus ecclesiæ acquisite erogare in pauperes aliasque pias causas, vel etiam in bene meritos de sua ecclesia remunerandi gratiâ, modò largitiones sint moderatæ. pro quo citat *auth. licentiam. C. de Episc. & cler. §. c. ad hac. de restam.* Idem sentit *Delb. c. 17. du. 1. num. 28. in summar. dum ait,* posse Prælatum, etiam regularem, ad pias causas liberè disporre de rebus ecclesiæ; & in contextu, quòd possit alienare pecuniam, quamvis magnam (intellige, ex rebus illis collectam) modò ea pertineat ad mensam Prælati, alienare in pias causas; eò quòd illa pecunia non sit ecclesiæ, sed Prælati. Item ex eadem pecunia emere pretiosa, v. g. annulos, vasa argentea & aurea, ut dentur bene meritis *Pirh. l. c. citatis pro hoc Navar. de rebus eccles. monito 47. Laym. ubi ante thes. 43.* Imò etiam ex pecuniis illis, quas remunerandi gratiâ donare potest, officiali suo emere sine consensu Capituli aliaque solennitate prædium, illudque ei donare, citato eodem Laym. De cætero de pecunia non collecta ex rebus, sed aliunde, dicitur paulò post.

2. **R**esp. secundò: alienari quoque possunt sine consensu, aut etiam consultatione Pontificis aliisque solennitatibus juris res quæcunque, etiam immobiles ecclesiæ exigui valoris. *Naldus. v. Prælatus num. 7. Gavant. in man. Episc. v. alienatio. num. 24. Dian. p. 4. tr. 4. resol. 223. Redoan. de reb. eccles. non alien. rub. 12. num. 7. Gratian. discept. for. tom. 3. q. 952. à num. 2. Quarant. sum. Bullar. v. alien. num. 4. Delb. cap. 17. du. 1. num. 23. & du. 10. suppos. 2. num. 3.* citatis aliis cum communiore contra *Rebuff. & Duaren. apud Wiestn. h. t. num. 39. Arg. c. terrulas. 12. quest. 2.* permittentis Episcopis sine consensu fratrum; hoc est, Capitularium, ac sic sine solennitate, distractionem terrularum, vincularum ecclesiæ parum utilium. & *c. ceterum. de donat.* permittentis Abbatibus donationem rei modicæ, et si aliàs eis absolutè interdicta donatio. Quin & sic declaratum à S. Cong. Concil. restatur *Naldus loc. citato.* Uti etiam ad hujusmodi rerum alienationem non exiguntur consensum Apostolicum, eique per citatos textus permixta derogatum non esse per *Extrav. ambrosia. hoc. tit. inter commun.* aut etiam per *Trident. Sess. 25. cap. 11.* ab eadem Cong. decla-

declaratum, testantur Quarant. l. c. Barbof. l. c. Fagn. in c. nulli. n. 25. Porrò in eo, quæ censentur res exigui valoris, AA. non conveniunt. Tales esse, quæ non attingunt valorem aureorum centum, quæque non ferunt censum annuum quinque aureis majorem, censent Staphil. de luer. grat. n. 1. & 2. Castrop. tr. 12. d. univ. p. 15. §. 1. n. 2. & sic servari in Curia Salernitana testatur Zerol. pr. episc. v. alienatio. §. ad sextum. Tales esse, quæ non excedunt valorem 25. ducatorum auri de Camera Leo. thesau. for. eccl. p. 4. c. 1. n. 73. aut 25. leutorum aureorum, ut Delb. c. 17. du. 1. num. 23. & plures apud illum. Gl. in terrulas v. exiguas, statuit valorem 20. solidorum seu nummorum aureorum. Quam Glossâ sententiam in Curia Romana receptam, adedque servandam ajunt Conrad. in pr. dispens. l. 9. c. 1. num. 95. Donat. pr. regular. Tom. 5. p. 2. tr. 14. q. 37. num. 3. Hanc tamen glossam non loqui definitivè, sed dubitativè, adhibendo terminum *fortè*, & quod attinet praxin Curia Romanæ, ad eam quidem pro licentia alienandi res non excedentes valorem 20. solidorum, recurri quidem solere à Prælati territorii Pontificis & provinciarum vicinarum, non tamen remotiorum, ait Wiestn. h. t. n. 41. Cumque etiam alibi in jure hic valorem non determinetur, quæ res sint exigui valoris, relinquendum arbitrio & prudentiæ Judicis perpendentis facultates Ecclesiæ tenuis vel multum abundantis, temporum ac locorum circumstantias & consuetudines, ita ut res, quæ hic & nunc æstimatur 25. aureis, alibi aliove tempore aut in aliis circumstantiis veniat 50. pluribusve aureis, tradunt Abb. in c. 1. de integ. restit. num. 8. Quarant. l. c. num. 41. Fagn. in c. nulli. h. t. num. 26. Ricc. in pr. episc. decis. 39. num. 8. Barbof. l. c. alleg. 95. n. 51. Menoch. de arb. l. 2. cas. 145. n. 4. C. de Luca de alien. d. 1. à num. 117. Vallens. h. t. §. 2. n. 3. Wiestn. l. c. Reiffenst. h. t. n. 38. Illud hic notandum cum Delb. c. 17. du. 2. §. 1. n. 13. quòd, ut res modici valoris quocunque modo alienari possit, requirit præterea, quòd sit minus utilis (de quo specialiter resp. seq.) & adsit aliunde necessitas, & sit disjuncta ab aliis Ecclesiæ prædiis & terris; cum si fuerit cum illis conjuncta, ita ut sit illarum pars, sapiat naturam illorum, adedque sicut illa alienari nequeunt sine solennitatibus, ita nec hæc, alioquin enim daretur occasio, ut totum prædium magnum paulatim & divisim per partes modicas posset alienari.

3. Resp. tertio: Res quoque immobiles inutiles aut minus utiles Ecclesiæ (concurrentibus his tribus: necessitate, majore aliqua utilitate, & quòd res sit exigui valoris ut colligitur ex c. terrulas. Fagn. in c. nulli. h. t. n. 24. & alii) itrequiritur consensu Papæ & sine aliis solennitatibus alienari possunt juxta c. terrulas. & multò magis sic alienari possunt res damnosæ Ecclesiæ. V. g. ædes, quibus conservandis plus impendendum, quam inde percipiatur. Ita tamen, ut loco rei minus utilis & commoda res alia magis utilis & commoda comparari & substitui debeat, vel per permutationem vel per emptionem, emendo pro pretio comparato ex venditione rei minus utilis, aut etiam damnosæ bona alia utilia, ut Suar. de relig. Tom. 4. l. 2. c. 29. num. 3. Laym. disp. de reb. eccl. alien. thes. 85. Pirh. h. t. num. 19. Arg. c. non liceat. §. c. exceptione 12. q. 2. Estqueratio, quòd hoc moraliter non tam est res Ecclesiæ distrahere quam conservare, & rectè administrare; potestque Prælati sine solennitatibus condi-

tionem Ecclesiæ facere meliorem, non deteriorem, c. 2. de donat. Neque his obstat, quòd in c. terrulas. dicatur: de consilio fratrum. & in c. ut super. de consensu Capituli. cum Gl. in hoc cap. v. assensu. dicat, consensum hunc non tam ex necessitate, quam honestate requiri. Adhæc ad summum, dum per res minus utiles intelliguntur eæ, quæ comparatione ad alias sunt tales, videtur requiri consilium vel consensus Capituli, secus, dum per eas intelliguntur simpliciter & absolute minus utiles seu non utiles. Atque ex his sequitur, posse concurrentibus saltem distis tribus conditionibus alienari absque solennitatibus res steriles, etsi immobiles, contra quòd docet Delb. c. 17. du. 3. n. 10. citans Quarant. & sic posse terram sterilem Ecclesiæ dari à Prælati in emphyteusim, etiam hæreditario jure, ei, cujus labore facta est fertilis & culta, nisi tempore contractus adesset alius, cui cum majore Ecclesiæ utilitate simili modo, & sub eodem onere sic concedi posset, juxta c. ad aures. tradit Pirh. num. 20. Quamvis addat, requiri tamen, ut id fiat adhibito consensu Superioris & Capituli, nisi consuetudo habeat aliud. Quòd tamen credo intelligendum, si prius, postquam reddita fertilis, concederetur in emphyteusim; non verò ubi concederetur antecederet, dum adhuc esset sterilis, ea conditione, ut postquam reddita fertilis, pergeret eam habere in emphyteusim, uti colligitur ex eo, quòd addit: in casu hujus cap. terra illa non potuit dari in emphyteusim aliis, quam iis, quorum labore reddita fertilis, vel eorum hæredibus, præterquam in casu aliis permisso, & servatis juris solennitatibus; quia non erat amplius sterilis seu sylva, sed fertilis, seu facta arabilis. ut Abb. in cit. c. ad aures. num. 5.

4. Resp. quarto: Liberè seu sine omni solennitate alienari possunt, quæ ab eo, cui donantur, legantur aliterve obveniunt, retineri nequeunt, sed necessitate juris, eò quòd jus ita præcipiat, vendenda. Butr. in c. pastoralis. de his que fiunt à Prælati. num. 11. Abb. ibid. num. 5. Fagn. in c. nulli. h. t. num. 27. ubi etiam, quòd secus sit, si alienatio fiat ex alia necessitate. Sic bona immobilia vel mobilia pretiosa. V. g. agri, domus &c. FF. minoribus PP. Theatinis, domibus professis Societatis JESU donata vel legata sub modo licito, expresso vel tacito, nimirum ut vendantur, & pretium in fabricam aliasque eorum necessitates impendatur, ab iis, inconsulto Papa, & sine aliis solennitatibus canonicis alienari possunt; eò quòd juxta sua instituta à Sede Apostolica approbata istiusmodi bona possidere & retinere non possunt, suisque monasteriis incorporare, sed data occasione vendere aliove modo alienare cogantur, adedque hæc alienatio necessitatem juris includat. Decius in c. in presentia. de V. S. in 6. num. 69. Socin. in fallentis. reg. 10. num. 3. Fagn. l. c. Reiffenst. h. t. num. 39. Wiestner. num. 44. Delb. c. 17. du. 22. num. 28. citans specialem super hoc quòd ad ordinem suum Theatinorum S. Cong. Concil. declarat in qua, cum non includantur mobilia pretiosa, eaque non repugnent cum instituto Theatinorum, sicut bona stabilia & immobilia, ea adhuc alienari non posse inconsulto Pontifice, asserit & pluribus confirmat, solvens etiam, quæ in contrarium obijciuntur, Delb. l. c. n. 30. & sequent.

5. Resp. quintò: Possunt quoque non servatis solemnitatibus liberè alienari relicta immobilia Ecclesiæ locove pio capaci ea possidere & retinere cum clausula; ut, si velit, possit alienare sine solemnitatibus, vel in proprios usus convertere. Delb. c. 17. du. 10. num. 1. contra Quarant. v. alienatio. num. 31. & 32. Armill. v. cod. num. 19. Covar. in c. de testam. num. 6. Riccium, in pr. decis. 67. Bonac. d. 3. de contract. q. 8. p. 4. n. 8. Si enim testator sine istiusmodi solemnitatibus poterat rem suam alienare, poterit id etiam in dicto casu Ecclesiæ; quia ea tunc alienat ex potestate accepta à testatore & juxta mentem illius. Sed neque talis conditio est juri contraria, ut exinde sit turpis, & habenda pro non adjecta; cum jus solum prohibeat Ecclesiæ alienare rem, quæ absolute & in perpetuum illius, & non illam, quæ est illius non absolute, sed quamdiu illam voluerit retinere, qualiter quia è contra manifestè juri contraria est clausula seu conditio ea donatore vel testatore adjecta, ut res donata vel legata Ecclesiæ incapaci eam retinendi, ab ea retineatur, & non alienetur sine solemnitate juris, ea censetur turpis, & habenda pro non adjecta; adeoque ea non obstante poterit adhuc alienari sine solemnitate. Delb. l. c. à num. 5.

6. Resp. sextò: Bona etiam legata, donata, item pertinentia ad dominium Ecclesiæ tantum directum, dum ea ex causa aliqua revertuntur ad eam quò ad dominium quoque utile, quamdiu non sunt incorporata Ecclesiæ, conventui, aut mensæ capitulari, posse alienari sine solemnitatibus (utpote quæ non nisi per istam incorporationem constitui possunt in dominio Ecclesiæ in ordine ad prohibitionem ea alienandi) docet Tondur. in 44. resp. benef. p. 3. c. 87. num. 1. citans Franc. decis. 14. num. 16. & AA. passim in c. ut supra. h. t. hanc verò incorporationem non censeri factam ex retentione illorum bonorum etiam ad annum, sed tunc demum, & non aliter, quam per declarationem, vel explicitam, quæ declarat Prælatum, se illa incorporare mensæ suæ aut Ecclesiæ; vel implicitam ex descriptione illorum inter alia bona ecclesiastica, tradit Lotter. de re benef. l. 3. q. 25. num. 22. citans Bartol. in l. si vacantia. C. de bonis vacant. num. 8. Redoan. rub. l. c. 22. num. 29. quamvis Tond. l. c. num. 5. dubitet de bonis de novò acquisitis donatione, legato &c. an statim sint de mensa, & hinc inalienabilia. Vide me in for. benef. p. 3. q. 199. num. 5.

7. Resp. septimò: Qualiter bona concedi solita ab antiquo in emphyteusim vel feudum, deinceps concedi possint sine solemnitatibus, & sic alienari, dictum est supra; qualiter verò illud *solum* accipiendum, vide apud me l. c. num. 8.

8. Resp. octavò: Pecunia, non tantum collecta ex redditibus juxta dicta. resp. 1. ad hanc, quæ sed & inventa in capsa & domo testatoris, utpote ad usus quotidianos destinata, & fructus non faciens inter res mobiles, quæ sine solemnitate alienari possunt, est numeranda. Azor. p. 2. l. 9. q. 5. Mantio, de conject. l. 9. tit. 5. Ricc. in pr. resol. 56. Barbol. de potest. Episc. p. 3. alleg. 95. num. 49. & alii, quos citat & sequitur Delb. c. 17. du. 2. f. 3. num. 1. Verum patitur hoc ipsum plurimas limitationes notabiles, de quibus infra.

9. Resp. nonò: Possit sine solemnitate alienari melioramenta, quæ fecit Rector Ecclesiæ seu beneficii, ait C. de Luca, de benef. d. 86. n. 9.

Quæst. 163. Quæ dicantur & sint res mobiles pretiosæ prohibita alienari sine solemnitatibus, dum sunt Ecclesiæ?

Resp. Tales res mobiles pretiosæ, quæ servando servari possunt; adeoque quò ad prohibitionem, difficultatem, & solemnitatem alienationis æquiparantur immobilibus juxta L. lex qua. ff. de administ. tutor. L. sancimus C. de SS. Eccles. Abb. in c. nulli. h. t. num. 8. Sunt primò vasa aurea argentea, calices, tapetes, casulæ similiaque templorum ornamenta auro & gemmis intertexta, quæ sunt de thesauro Ecclesiæ, eique propter materiæ pretium, artem vel antiquitatem singularem conferunt splendorem. Azor. p. 2. l. 9. c. 1. q. 7. Redoan. l. c. q. 1. num. 1. & 2. Pirh. h. t. num. 11. Delb. c. 17. du. 2. f. 1. num. 8. quæ sine solemnitate alienari nequeunt, etiam si relicta seu donata sine expressa conditione, ut in perpetuum serventur; cum talis conditio ad legalem inalienabilitatem non requiratur Delb. n. 9. Item etiam si sint hæreditaria accepta de manu laici ex necessitate solvendi æris alieni; cum per additionem hæreditatis facta sint bona Ecclesiæ; adeoque ad alienationem eorum requiritur licentia Papæ Delb. num. 11. Idem dicendum in specie de oblationibus factis imagini, dum anathemata argentea vel aurea magni valoris, excedentia nimis valorem 25. scutorum aureorum; & Secus si sint minoris valoris; hæ enim alienari possunt liberè sine solemnitate, ita Delb. c. 17. du. 2. f. 1. num. 17. multoquæ magis hoc postremum dicendum de oblationibus consistentibus in rebus consumptibilibus, etiam pecunia. His tamen non obstantibus attendenda praxis & consuetudo quæ sine illa rigida exactione solemnitatum indulget Prælati, ac magis Episcopis quam aliis, calicum argenteorum & aureorum aliorumque similibus veterum, et si notabilis pretii ornamentorum pro novis permutationem, utpote in qua non nisi bonum & utilitas, Ecclesiæ intendi solet, adeoque non ita exposita ejusdem damnificationi. De cæterò ut talia dicantur pretiosa, & hinc sine solemnitate non alienabilia, debent ad minimum excedere valorem 25. scutorum aureorum. quamvis juxta dicta id relinquendum arbitrio Judicis vel viri prudentis. Delb. num. 12. Secundò bibliotheca saltem copiosa, Tambur. de jure Abb. Tom. 3. d. 13. q. 2. num. 8. in fine. Lezan. sum. 99. regular. c. 10. num. 4. citati à Wiefn. h. t. n. 27. non tamen libri singuli destinati pro aliis melioribus & utilioribus comparandis, nisi propter antiquitatem, raritatem similemve causam Ecclesiæ vel monasterio singularem afferant utilitatem vel splendorem; tunc enim sine solemnitate alienari nequeunt. Wiefn. l. c. cum Donato. Tertio integ bona mobilia pretiosa, quæ alienari nequeunt numeratur grex integer ovium vel caprarum, utpote ex quo fructus annuus constanter percipitur; quique per continuam sætuum multiplicationem conservatur; et si singula animalia seorsim liberè possint distrahi, uti & fructus gregis; quia hi servanda servari non possunt. Molin. de just. tr. 2. d. 465. num. 4. Pirh. h. t. num. 12. Delb. c. 17. du. 2. f. 4. Redoan. l. c. q. 2. Idem de armento boum & equorum præsepio dicit Delb. Item Pirh. de jumentis ad fundum colendum deputatis, eique longo tempore affixis, nisi appareant superflua.

pro

pro quo citat *L. ult. C. quando decreto opus non est Anih. de non alien. Reb. Eccles. §. nos igitur. coll. 2. Laym. disp. de reb. eccl. alien. thes. §. 5.* De aliis quibusdam, de quibus dubitari posset, an sint mobilia pretiosa, & hinc inalienabilia, an verò spectent ad immobilia, puta, arboribus, censibus, pecunia; servit, &c. dicitur commodius. *quæst. seq.*

Quæst. 164. Quæ censeantur bona immobilia, & hinc inalienabilia?

Resp. Talia, si etymon nominis spectes, sic dicta, quòd loco moveri nequeant, quia radicem fixam habent seu fundo inhaerent, sunt primò oppida, castra, fundi, agri, vineæ, prædia, domus similiaque spectantia ad Ecclesiam vel monasterium. ipsum quoque monasterium, conventus, hortusq; annexus, ita ut in iis sine solennitate juris fundari nequeat census; cùm talis fundatio comprehendatur in prohibitione alienationis rerum Ecclesie. *Delb. c. 17. du. 17. num. 6.*
 § 7. Quin etiam alienari nequit sine solennitate locus in quo aliàs erat Ecclesia, jam tamen profanata & diruta, quia adhuc censeretur locus Ecclesie, & habetur in honore; imò gaudet immunitate, si spes est reedificationis. *Delb. l. c. n. 4. § 5.* Item capella destinata ad sepulchra vendi nequit, ita ut emptor fiat dominus illius, possitque cuique alteri concedere usum illius. potest tamen ab Ecclesia concedi usum illius; cùm hæc non sit vera alienatio. *Delb. cit. du. 17. num. 2.* citatis Menoch. Quar. Riccio. Bonacin. &c. Secundò talia reputantur redditus seu census & pensiones ex re immobili, prædio, fundo, &c. provenientes, & jura ad illos; adedque subsunt prohibitioni liberæ alienationis. *Argum. c. 2. h. t. in 6. junctâ Gl. v. jura. & juxta expressum textum Clem. 1. de V. S. Quarant. in sum. Bull. v. alienatio rer. eccl. num. 26. Barbol. de poss. Ep. p. 3. alleg. 95. num. 44. Delb. c. 17. du. 2. f. 1. n. 1.* Idque propter stabilitatem & firmitatem suam, quæ jura istiusmodi sunt perpetua. Atque ita C. de Luca de censib. d. 17. num. 2. § 4. citata pro hoc *decis. Rora. 235. p. 7. recent. num. 2. § 3. & Barbol. ubi ante num. 45.* ait magis communem & receptam, ut census pro stabilibus habeantur, & quòd sub legato stabilium veniant census, ut Gabriel. l. 2. conf. 141. à num. 18. Gratianus *discept. for. discep. 981. num. 34.* Quin etiam census seu redditus, etsi ex rebus mobilibus solvendi. V. g. ex pecunia in societatem collata, rebus immobilibus annumerari ait Pirh. *cit. n. 13.* citans pro hoc Molin. *de just. tr. 2. d. 465. n. 3. §. fit etiam.* Contrarium tamen de censu vitalitio astringit *Delb. c. 17. du. 2. f. 3. num. 28.* nimirum, quòd non computetur inter bona immobilia, sed inter mobilia, qualia censentur, quæ in continuo periculo sunt, ut amittantur. ut Bald in *c. contingit. de dolo & contumac. Corneus vol. 3. conf. 173.* & qualis est census vitalitius, utpote fundatus in vita hominis instabili & incerta, & sic emptio juris extinguibilis ad tempus vitæ venditoris. Quod idem *num. 30.* confirmat exemplo census redimibilis, quia & ipse, quia non habet statum stabilem, sed est temporaneus, inter bona mobilia numeratur, ut Gomez. *de censib. c. 3. num. 4.* Garc. *de benef. p. 2. c. 5. num. 95. in fine.* Molin. *de pri-*

mog. l. 2. c. 10. n. 3. & alii, quos citat. Quin etiam in aliquibus Germaniæ locis, teste Gail. *l. 2. obseruat. 10. n. 6.* receptum esse ait Pirh. *h. t. n. 13.* ut redditus seu census redimibiles etiam constituti super bona immobilia, inter bona mobilia numerentur. Item id confirmat *Delb. num. 29.* idem dicendo in genere de censu brevi, duraturo, quod numeretur inter mobilia, ut *Barbat. conf. 22. n. 3.* Menoch. *de arb. l. 2. centur. 3. cas. 233. n. 2.* Federic. *de Senis. conf. 12. num. 5.* Duardus *de censib. in proem. const. Pii V. q. 10. num. 40.* & alii apud eund. Atque ex his sequi videtur, tam censum vitalitium, seu jus percipiendi redditus ad vitam alterius, vel ad aliud breve tempus, aut etiam redimibiliter pro libitu alterius, adeoque instabiliter habitum ab Ecclesia, posse ab ea alienare liberè. Tertiò nomine bonorum immobilium inalienabilium sine solennitate veniunt servitutes prædiorum, aliaque jura, puta, piscandi, venandi &c. *Arg. L. ult. §. fin. C. de long. tempor. præscript.* ubi; eodem observando, etsi res non soli sint, sed incorporales, quæ in jure consistunt, veluti usufructus & cæteræ servitutes &c. cùm hæc fixa maneant & instar immobilium; & tale iudicetur jus seu actio, qualis est res, ad quam est jus seu actio; ita ut, si sit jus seu actio rerum immobilium vel mobilium pretiosarum, sine solennitate juris alienari non possit; possit autem, si sit rerum mobilium. V. g. debitum pecuniarium ita *Argum. c. 2. h. t. in 6. & Clem. exi. vi de paradiso. §. cumque annui redditus.* Abb. *in c. nulli. h. t. Sa. v. alienatio. quæst. 9.* Quarant. *v. eod. num. 26. § 39.* Valq. *opusc. de retribus. c. 2. §. 2. num. 44.* Suar. *Tom. 4. de relig. tr. 8. l. 2. c. 26. num. 16. § 17.* Barbos. *cit. alleg. 95. & alii,* quos citat & sequitur *Delb. c. 17. du. 2. f. 1. à num. 2.* extendens hoc ipsum ad jus percipiendi redditus seu census per decennium; cùm tempus decennii longum & quasi perpetuum reputetur, ut Molin. *l. c. & Nald. v. annus. num. 7. § v. bona. num. 10.* qui tamen posterior dicat, si dicti redditus seu jus percipiendi illos sit constitutum citra decennium, non esse bona immobilia, & posse sine consensu Apostolico alienari, contradicente in hoc ei Lezan. De cæterò contrarium defendit cum aliis quibusdam Pirh. *h. t. num. 14.* nimirum actiones, & in specie nomina & instrumenta debitorum, propriè & per se loquendo, nec inter mobilia, nec inter immobilia numerari, sed tertiam & distinctam speciem bonorum constituere, citans pro hoc *l. à D. Pio. §. in venditione. ff. de sent. & re judic.* (ad quod tamen respondet *Delb. num. 4.* id, quod actiones & jura neque nomine mobilium, neque immobilium comprehendantur, verum esse in testamentis & aliis dispositionibus, ubi verba præse accipienda, non tamen in hac materia prohibitionis de non alienando favorabili Ecclesie. pro quo citat Azor. *p. 2. l. 9. c. 6.* Barbos. *cit. alleg. 95. num. 46.*) rationem quoque adiiicit Pirh. quod appellatio bonorum immobilium & mobilium veniant solæ res, quæ loco continentur, mobilia quidem, quæ suapte naturâ de loco moveri possunt, immobilia, quæ à loco moveri non possunt; quales non sunt actiones & jura, quippe incorporalia, Quod tamen leve videtur argumentum; cum actiones & jura non dicantur immobilia tantum per se seu ratione sui, sed censeantur qualia per respectum, & denominationem quasi extrin-

extrinsecam ad istiusmodi bona, quibus suo modo inhaerent, aut circa quae inseparabiliter versantur. Quod ad suae sententiae confirmationem infert Pirh. nimirum, quod, si testator Titio relinquat omnia sua bona mobilia, vel Cajo omnia sua immobilia, sub neutra harum appellationum veniant actiones seu nomina debitorum ex mutuo, vendito &c. Eo quod verba testamenti sint proprie accipienda juxta *L. qui heredit.* ff. de condit. id. inquam, jam paulo ante concessum est. Unde tamen non sequitur, ut dictum est, etiam in materia prohibita alienationis bonorum ecclesiae sub illis terminis non comprehendi actiones, jura & nomina debitorum. Illud nihilominus admittit Pirh. quod, cum jure canonico generatim statutum sit, bona ecclesiastica immobilia & mobilia pretiosa alienari nequeant, alia vero possunt alienari, in hac generali distributione bonorum jura etiam, actiones & nomina debitorum accessorie continentur, ita ut, si sint jura seu actiones & debita rerum immobilium, vel mobilium pretiosarum, quae servando servari possunt, alienari nequeant; si vero sint rerum aliarum. V.g. debita pecuniaria, alienari possunt sine solennitate. pro quo citat Anchar. in c. 1. h. t. in 6. not. 1. Sylv. in sum. v. alienatio. quest. 9. Laym. disp. de alien. rer. eccl. thes. 7. Quarto inter bona immobilia numerantur ipsa beneficia ecclesiastica, utpote quae sunt jus stabile ut Delb. cit. du. 2. f. 1. num. 1. Item jus patronatus, & jus sepulchri, ita ut, si existant penes ecclesiam, ab ejus Praelato seu Rectore alienari nequeant sine solennitate juris. Delb. c. 17. du. 14. num. 1. Etiam antem jus patronatus etiam laicale (idem est de jure sepulchri; cum & ipsum sit quid spirituale, ut Delb. quidquid sit de illo accepto pro obligatione, ut nullus alius in eo loco sepeliatur. Quod jus etiam directe sumptum vendi posse sine Simonia, apud illum, ut inquit, satis probabiliter, tenent Suar. de relig. l. 4. de simon. c. 14. Sanch. Tom. 1. conf. 3. du. 14. num. 1.) per venditionem directe & solitarie sumptum alienari distinguitur, sed solum consequenter seu accessorie simul cum praedio, cui annexum, aut hereditate, in qua continetur; donari tamen potest alteri sine simonia; ita etiam, ut ad hanc donationem, si fiat ecclesiae alterive loco pio, ne quidem requiratur consensus Episcopi; quamvis hic requiratur, si fiat laico. c. quod autem & c. illud de jurepat. Rochus de jurep. quest. 7. num. 16. Lambert. de jurep. l. 1. p. 2. quest. 1. a. 2. Molin. de primog. l. 1. c. 24. num. 13. Delb. loc. cit. num. 5. & 6. dicens communem. & num. 7. & 8. Idem dicens de permutatione juris patronatus cum alio jure patronatus, vel re alia spirituali, quae beneficium non est. Ita ut etiam ea fieri possit sine Simonia & consensu Episcopi, si jura patronatus sint alicujus ecclesiae vel loci pii. Ad permutandum tamen jus patronatus ecclesiae cum privato requiratur consensus Episcopi. Uti etiam juxta probabiliorum, ut Delb. dum jus patronatus permutandum non est ecclesiae, sed privatum. Quinto ad res ecclesiae, si non immobiles, saltem mobiles pretiosas, quae sine solennitate juris alienari non possunt, spectare illius mancipia, utpote ex quibus donatis aut venditis a fidelibus in redemptionem suorum peccatorum olim magna ex parte constabat illius patrimonium teste Gonz. in c. injustum, de rer. permut. num. 4. absolute astringit Wiestner. h. t. num. 28.

Multoque minus alienari posse mancipia rustica seu servos glebae & fundo adscriptos. Eo quod, cum hi sint veluti pars quadam instrumentalis & membrum praedii ei inhaerens juxta *L. cum satis. C. de agricol. & cens.* potiore jure numerentur inter bona ecclesiae, tenet Wiestner. loc. cit. citans pro hoc *L. si quis inquilinos.* ff. de Legat. Abb. in c. nulli. h. t. num. 2. Molin. de Inst. tr. 2. d. 465. num. 3. idem de iisdem tenet Delb. c. 17. du. 2. f. 1. num. 7. Verum id negans expressè de mancipiis non ita affixis praedio, sed liberè ibi positis, quae dicit non computari inter immobilia, neque etiam inter mobilia, pretiosa quae servando servari possunt, utpote obnoxii morti & multis aliis casibus, citans Abb. Molin. de cetero in hoc consentiunt ferè AA. Arg. c. terrule. h. t. c. fugitivi. c. injustum. 1. 2. quest. 2. Quod servi fugitivi vendi, permutari aliove modo alienari possint à Praelato aliisque ecclesiae administratoribus sine licentia Papae, vel etiam congregationis, non quidem quamdium in fuga sunt, sed postquam ab earevocati & recepti. ut Gloss. in c. 4. h. t. v. fugitivos. Quin etiam monito prius emptore, quod ad fugam sint inclinati. Arg. *L. quod saepe.* §. fin. ff. de contract. empt. manumitti tamen etiam poterant ab Episcopis, qui tantundem de rebus suis ecclesiae contulerunt aut acquisiverunt. c. si Episcopus. c. si quis qualibet. 12. quest. 2. Sexto quamvis pecuniam, etiam in magna quantitate, utpote secundam receptam doctrinam D. Thom. 2. 2. quest. 78. a. 1. ad 6. inventam ad emendum faciendasque commutationes, datamque & acceptam, non ut servetur otiosa, sed in usus quotidianos infumatur, quaeque propterea servando servari nequit absq; eo, quod fructum ullum alium ferat, generatim rebus mobilibus non pretiosis, quaeque liberè alienari possunt, accenseant. Sylv. v. alienatio. quest. 8. num. 7. Molin. cit. d. 465. Azor. p. 2. l. 9. c. 1. quest. 5. Mantica. de conjectur. l. 9. ut. 3. Ricc. in pr. decis. 56. num. 1. Barbosa. & alii apud Delb. c. 17. du. 2. f. 3. num. 1. & Wiestner. num. 33. Rectius tamen id ipsum distinguitur, ut procedat de pecunia, quae ex locationibus, redditibus & fructibus venditis collecta juxta dicta à me aliquoties supra; de qua etiam intelligendos citatos AA. ait Wiestner. Pecunia verò comparata ex censuum aliorumque bonorum immobilium aut mobilium pretiosarum venditione, censeatur inter bona immobilia, & alienari sine solennitate nequeat aliter, quam in comenda bona immobilia alia, vel mobilia pretiosa, aut ad praehabita bona melioranda; dum vel sic bonis immobilibus succedunt alia, in quibus ista innovantur. Unde pecunia in hunc finem (uti debet) retenta dum emanatur novae, bonorum immobilium naturam quo ad inalienabilitatem inducit, eaque representat. Huic doctrinae inhaeret Delb. loc. cit. num. 2. & seq. citans Quarant. v. alienatio. quest. 6. Genuens. in pr. c. 60. num. 8. & 9. Vasq. de reit. c. 2. §. 2. du. 13. num. 45. Redoan. de reb. eccl. non alien. quest. 16. num. 13. Bonac. de reb. eccl. non alien. d. 2. quest. 2. num. 6. Ricc. in prax. p. 1. resol. 58. num. 2. Tamb. de jure Abb. Tom. 3. d. 13. quest. 1. num. 4. & plurimos alios, quos sequuntur Pirh. h. t. num. 13. Wiestner. num. 34. Idem dicendum de pecunia, quae ecclesiae donata, legata vel relicta ea intentione; ut inde emanent bona stabilia vel mobilia pretiosa; haec enim vi hujusmodi destinationis & conditionis à testatore vel dona-

tore præscriptæ necessarîo servanda inducit conditiones rei immobilis, etsi aliàs pecunia de se sit res mobilis. Vasq. Castrop. Donat. apud Wiestner. iis inhærentem num. 34. Delb. loc. cit. num. 2. citans quoque pro hoc immensam turbam AA. probansque etiam ex eo, quod pecunia à testatore in hunc finem relicta, aut ex immobilibus venditis comparata non est de fructibus, sed de proprietate ecclesiæ, adeoque destinata ad fructificandum in utilitatem ecclesiæ, in quem finem conservanda vel in se, vel in aliis bonis fructiferis. Prælatus autem disponere nequeat de rebus, quæ sunt de proprietate ecclesiæ, sed tantum de fructibus, ut Gl. in c. fin. §. quæst. 3. & in c. in generali. de elect. in 6. Idem de pecunia jam actu posita in bancis vel censibus utpote quæ negotiationi exposita est fructifera. docet Delb. loc. cit. num. 15. citans Tiraq. de retract. lignar. §. 1. gl. 7. num. 214. Leo in thesau. for. eccles. decis. 160. Barbol. cit. alleg. 95. num. 44. &c. Idem de pecunia ad hoc destinata auctoritate superioris cum consensu clericorum ecclesiæ censet Pirh. loc. cit. item Azor. & alii apud Reiffenstuel. hoc. tit. num. 15. Contrarium tamen de pecunia aliunde. V. g. ex rebus ecclesiæ venditis collecta à Prælato aut ejus prædecessore & destinata, sine voto tamen & juramento, ad coemenda immobilia dicit Wiestner. cit. num. 34. in fine, nimirum eam sine canonica solemnitate alienari posse; eò quod, cum talis destinatio omnino libera sit accidentaria & revocari possit, pecuniæ naturam seu conditionem, nimirum mobilitatem mutare non posse videatur. Ex dictis verò, quod pecunia ex tali intentione relicta, aut ex immobilibus venditis collata alienari non possit sine solemnitatibus; quia successit loco rei immobilis vel mobilis pretiosæ, sequi videtur, quod sine iisdem solemnitatibus alienari non possit in extinctionem debitorum ecclesiæ; cum ad extinctionem illam alienari seu infumi non poterant res ipsæ immobiles; & ita docent Turcrem. in sum. l. 12. quæst. 2. Redoan. loc. cit. quæst. 16. num. 15. Boer. in c. nulli. hoc. tit. num. 83. Riccius. in pr. p. 1. resol. 70. num. 3. Genuens. in pr. Archiepiscopi. cap. 60. num. 14. Rota in una venet. nullitatis contract. 13. Novemb. 1620. quam & quos citat & sequitur Delb. loc. cit. à num. 16. id etiam ex eo confirmans. num. 18. & seq. quod debitorum extinctio non sit causa sufficiens alienandi res ecclesiæ immobiles, nisi sit necessitas urgens & utilitas, & quidem evidens, examinata & declarata esse talis, seu esse ex iis, quas jura admittunt. Quin & hac interveniente, etsi jura concedant alienationem, adhuc tamen non sine solemnitatibus, nisi necessitas ad eò sit urgens, ut eas servari non permittat; Jam verò contingere possit, ut neque necessitas neque utilitas adsit extinguendi debiti; quin & major utilitas, si, debito inextincto, continetur solutio interesse, & pecunia in aliud convertatur. Item sequitur ex dictis, dictam pecuniam non impendendam ad emenda usualia mobilia pro ecclesia vel monasterio. Delb. loc. cit. num. 26. Neque etiam ad fundandum censum vitalitium, de quo dictum supra. Vide Delb. loc. cit. à num. 27. Octavo inter bona immobilia numerantur arbores, quæ ita prædium sunt necessariæ vel utiles, ut iis excisis, no-

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

tabiliter fieret deterius, ita ut sine consensu superioris & capituli seu conventus excidi, comburi aut vendi nequeant. Secus, si non sint prædium necessariæ aut utiles, sed potius damnosæ. V. g. quia opacitate sua impediunt augmentum frugum; quia ferè emortuæ, vel infructifera, vel ut eorum loco plantentur aliæ magis frugifera; tunc enim à Prælato vel Rectore ecclesiæ sine consensu Superioris & Capituli, aliave solemnitate juris excindi, vendi aut absumi in utilitatem ecclesiæ poterunt; cum dici non debeat conservandum, cujus conservatio potius ecclesiæ damnosa est. Idque à potiore locum habet in sylva cædua, nemore & similibus, quæ potius consentur fructus, quam pars prædii. Secus tamen est in sylva consista ad amenitatem prædii, non ad lignandum & cædendum; nisi tamen etiam talis sylva convertenda in vineam, vel quod aliud magis fructiferum & utile ecclesiæ. ita tradunt cum Navar. loc. cit. cons. 6. & 7. de reb. eccles. non alien. Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. l. 2. cap. 27. num. 18. Bonacin. de contract. d. 3. quæst. 8. p. 4. num. 18. Roderiq. 99. regul. l. 1. quæst. 27. a. 4. Tambur. de jure Abb. tom. 3. d. 13. quæst. 3. Pirh. hoc. tit. num. 13. Delb. c. 17. du. 2. §. 5. num. 1. & seq. & plures apud illum.

Quæst. 165. Quid possit vel non possit Ecclesia vel Monasterium circa alienationem reliquiarum?

Resp. reliquie SS. quamvis vendi nequeant sine Simonia (quæ tamen, ut Delb. c. 17. du. 1. num. 53. non inducit excommunicationem; cum juxta probabiliorum, pro qua citat Nav. cap. 23. num. 111. Sylv. v. Simonia. quæst. 16. Less. de just. l. 2. c. 35. du. 23. eam non inducat, nisi commissa in ordine, beneficiis, religione) nisi fortè ratione caplæ vel vasis, cui inclusæ, quin etiam etsi numerentur inter mobilia pretiosa à Riccio in pr. p. 1. resol. 60. num. 3. Engels hoc. tit. num. 5. Reiffenstuel. num. 13. non quidem quasi pretio aestimabiles, sed tanquam omni thesauro pretiosiores, ut D. Chrysof. homil. 8. de Laud. S. Pauli. Quamvis etiam, si sint alicubi perpetuæ sepulturæ mandata, aut aliàs insignes, puta, integrum corpus, caput, brachium, pes (secus est, de magis exiguis juxta declarat. S. Cong. apud Barbol. in collectan. Bullar. v. reliquie) alienari nequeant per donationem factam alicui ecclesiæ aut oratorio sine consensu Apostolico, ita ut, pro ut constat ex usu & stylo Curie Romanæ, si id fiat, actus tanquam irritus sit impugnandus, ut videre est apud Cherubin. in compend. Bullar. in Constit. 8. P. V. nihilominus non comprehendi talem alienationem sub prohibitione Extrav. Ambrosiæ. eò quod non sint res pretiosæ in eo sensu, quo ibi accipiuntur res mobiles pretiosæ ait Delb. loc. cit. num. 52. remittens ad Bordon. in conf. regular. resol. 27. num. 62. Dian. p. 4. tract. 4. resol. 223. Riccium, Bonacin. & alios, quamvis illi contrariam sententiam censent probabiliorum, & ad Pasqual. tom. 2. decis. 181. qui putat esse certam, quamvis, ut Delb. minus rectè.

M

Quæst.

Quest. 166. Num patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus, alienari possit sine solennitatibus?

R Esp. quamvis alienari nequeat sine licentia Episcopi, quousque ordinatus super eo aliunde habeat, unde vivat; non tamen prohibetur illud alienare vi *Extrav. ambitiosa*. utpote quæ loquitur tantum de bonis immobilibus & mobilibus pretiosis Deo dicatis, adeoque quæ sunt Ecclesiæ; quale non est dictum patrimonium, utpote spectans ad privatum; unde etiam post mortem illius alienari potest sine consensu Episcopi, præcindendo à speciali consuetudine. *Sylv. v. clericum. 4. quest. 13. Nav. cap. 22. num. 18. Redoan. l. c. quest. 51. c. 13. Valq. de re dit. c. 2. §. 2. du. 4. num. 42. Delb. c. 17. du. 25. à num. 1.*

§. Secundus.

De Causis & Solennitatibus requisitis ad alienationem rerum Ecclesiasticarum.

Quest. 167. An ad alienationem rerum Ecclesiæ requiratur causa, & qualiter facta sine causa sit valida?

R Esp. ad licitam legitimamque alienationem rerum ecclesiasticarum tam mobilium quam immobilium requiritur causa iusta, ita ut adhibitis omnibus juris solennitatibus, sine sufficiente causa sit illicita & invalida ipso iure. *Abb. in c. penult. hoc. tit. num. 7. Covar. l. 2. var. resol. 17. num. 2. Molin. de iust. tract. 2. d. 468. num. 15. Azor. p. 2. l. 9. cap. 1. quest. 8. Suar. de relig. tom. 4. tract. 8. l. 2. c. 27. à num. 20. Delb. c. 17. du. 20. num. 1. Pirh. hoc. tit. num. 35. Muller. ad Stru. l. 3. ff. tit. 8. ib. 71. lit. 4. & alii passim. Arg. c. 1. hoc. tit. in 6. ubi quædam alienatio declaratur nulla ex eo præcipue capite, quia defuit causa necessitatis & utilitatis. *Clem. 1. hoc. tit. ubi locatio ad longum tempus dicitur nulla, si sine necessitate & utilitate ecclesiæ facta. Extrav. ambitiosa. ubi omnes alienationes, nisi in casibus in iure permissis, adeoque factis ex iusta causa, nullius omnino esse roboris dicuntur. Contrarium tamen, nimirum talem alienationem sine causa, servatis tamen solennitatibus factam esse quidem illicitam, iure tamen subsistere, sentientibus cum Gl. in c. sine exceptione. v. profuturum. 12. quest. 2. Host. in sum. hoc. tit. §. 3. in fine. & aliis quibusdam, eo nixi fundamento, quod ecclesiæ ex istiusmodi alienatione lætæ comperat restitutio in integrum juxta c. 1. §. 3. de integ. rest. hæc autem ei compereret, si alienatio fuisset invalida; cum, cui comperit remedium ordinarium, quale est remedium nullitatis, seu dictionis de nullitate, non comperat extraordinarium, quale est beneficium restitutionis in integrum, subrogatum in defectum alterius remedii. Verum ad id facile responderetur cum Gonz. in citat. cap. 1. num. 14. Delb. loc. cit. num. 3. Covar. Molin. & aliis, ex duplici capite posse peti restitutionem rei alienatæ.**

Primò, si Prælati sine iusta causa alienavit; & tunc non petitur restitutio quasi alienatio valida fuisset, sed petitur restitutio rei, cuius dominium in alium transferri non potuit. Secundò peti potest restitutio rei alienatæ; quia esto, revera valida alienatio fuerit, nimirum interveniente iusta causa & solennitatibus, fuit tamen quis enormiter læsus in pretio, contra quam læsionem petere poterit restitui in integrum seu statum, in quo erat ante talem contractum. De cætero, num Papa sine iusta causa licitè & validè alienare possit, dictum est supra.

Quest. 168. An ad alienationem licitam & validam sufficiat causa dubia vel existimata?

R Esp. primò; ut alienatio sit licita, debet non tantum existere aliqua causa, sed etiam debet aliunde alienanti constare, causam alienandi sufficientem verè existere tunc, quando sit alienatio, nec sufficit de hoc dubitare; siquidem aliàs dici non poterit alienare ex evidente necessitate, aut in evidentem utilitatem, & licet fortassis, dum causa, de qua ipse alienans dubitat, aliis sit evidens, & revera alienatio cedat in utilitatem ecclesiæ, alienatio sit valida, non tamen à dubitante honestè seu licitè ponitur; quia, qui stante dubio de honestate actus operatur (qualiter operatur, qui dubitans de causa alienandi, à qua sola honestatur alienatio, alienat) non operatur honestè; quin etiam juxta probabiliorum, ut *Delb. cap. 17. du. 9. num. 7. citans Ricciem*, debet idipsum ei constare per informationem testium; cum alioquin non possit reddere rationem de sua recta administratione, & Episcopus aut talis, cui Papa commississet, ut alienationi præbeat assensum, si constiterit cedere eam in evidentem utilitatem Ecclesiæ non præbebit assensum, nisi præmissa hujusmodi informatione; cum aliis non dicatur legitime ei de hoc constare. *Bonac. de contract. feud. l. 3. quest. 2. p. 4. num. 5. Palqual. tom. 2. decis. 174. Delb. cit. ser. 9. num. 11. Atque ita causa etiam probari debet, & sola narratio non relevat. Muller. loc. cit. citans Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 271. num. 27. & concl. 273. num. 2.* Hinc etiam, si fiat alienatio pro solvendis debitis ecclesiæ, venditor seu alienans proare cogitur, pretium verum esse in talem effectum; non tamen ad hoc tenetur emptor. Idem est, si per Prælatum recipiatur mutuum, ecclesia non obligatur, nisi doceatur esse verum in utilitatem ecclesiæ. *Muller. loc. cit. citans Tusch. ubi ante. num. 10. Covar. l. 2. var. resol. c. 17. Delb. cit. du. 9. num. 20.* De cætero in dubio, num alienatio facta sit ex legitima causa, præsumendum est pro parte affirmativa, præsertim, si commissarius seu deputatus ad præbendum consensum cognitâ causâ, illum præbuerit; cum in dubio standum pro valore actus, & non præsumitur delictum, aut quis malus, nisi demonstretur; adeoque in hoc casu Ecclesiæ volenti recuperare rem alienatam incumbit onus probandi contrarium. *Delb. loc. c. à num. 14. citatis Mascard. de probat. conclus. 488. & 1112. Menoch. l. 2. præsump. 75. n. 15. Rota*

p. 1. *divers. decis.* 716. ac remittens ad Laym. l. 1. *ev. act.* 1. cap. 5. §. 4.

2. Resp. secundò: causa purè existimata justa; dum nimirum Prælati bona fide putans adesse causam justam, quæ non fuit, alienavit, servatis etiam solemnitatibus; non reddit alienationem validam, saltem pro foro externo; sed ea habenda pro nulla, ubi constitit non existisse causam; eò quòd textus citati alienationem factam sine causa justa (qualis est, dum causa fuit purè existimata) cum existimatio & præsumptio non inferant causam, qua non fuit, & sic ad valorem nihil conferant) absolute irritant. Ad hæc alienatio nunquam possit irritari; cum, dum aliud non scitur, contrahentes præsumi debeant habuisse causam justam. Ita probabilis, si rationem & rigorem juris spectes. cum Navar. in *comment. de alien. rer. eccles.* num. 9. & aliis Castrop. *tr.* 11. d. *unic.* p. 15. §. 6. num. 2. Wiestner. *hoc ut.* num. 68. Delb. c. 17. *du.* 20. à num. 4. contra Gl. in *c. ad nostram.* h. t. v. *enorme.* Felin. in *c. qua ecclesiarum.* de *constit.* Covar. 2. *var.* c. 17. num. 1. Molin. *cit.* d. 488. *concl.* 6. Valq. *de re dit.* c. 2. §. 1. num. 30. Bonac. *cit.* q. 8. p. 4. num. 9. quibus adhæret Pirh. h. t. num. 35. *in fine* sentientes contrarium; eò quòd non putent credible alienationes bona fide & servatis solemnitatibus factas ab Ecclesia irritatas. Quorum sententiam valde probabilem & in praxi tutam dicit Wiestner.

Quæst. 169. *Quenam sint cause legitime alienandi cum solemnitatibus requisitis res Ecclesie immobiles & mobiles pretiosas?*

Resp. earum in genere enumerari quatuor, ad quas omnes causa particulares reduci possunt, & quarum quælibet sufficit; necessitas, utilitas, commoditas, pietas. Abb. in *c. nulli.* h. t. num. 5. Fagn. *ibid.* num. 7. Sylv. in *sum. v. alienatio.* q. 1. Covar. *loc. cit.* num. 2. Molin. *loc. cit.* d. 468. num. 2. Redoan. *l. c. rub.* 18. à num. 1. Azor. p. 2. l. 9. c. 1. q. 3. Delb. *du.* 9. num. 1. Pirh. h. t. num. 24. Quod spectat ad primam, necessitas debet esse evidens & ingens, cui alià vià, quàm dicta alienatione succurri non potest. *c. 1. h. t. in 6. Clem. 1. ead.* hæc enim sola est, de qua dicitur: necessitas non habet legem; & quod licitum non est, necessitas facit licitum. *reg. juris* 41. qua propter examinari debet, ut constet, an sit talis, & declarari & autorizari quòd sit ex illis, quas jura requirunt. Delb. c. 17. *du.* 2. f. 3. n. 21. Cujusmodi necessitas est. v. g. dum debita ecclesie solvenda aliter solvi nequeunt, nisi distracta vel creditor in solutionem data realiqua immobili aut mobili pretiosa ecclesie. c. 2. §. *hoc jus.* 10. q. 2. Si ei imminet ruina vel aliud grave damnum aliter inevitabile. Si patiarur notabilem defectum sacre suppellectilis, sine qua rite decenterque rem divinam obire nequit, & ad quam comparandam, & simul sustentandos ministros (qui aliàs etiam sine magno suo incommodo possunt, tali ecclesie necessitati subvenire de destinatis in sui sustentationem fructibus tenentur Delb. l. c. n. 23. citatis aliis, intellige, antequam ad dictam alienationem procedatur) fructus & redditus non sufficiunt. Sylv. l. c. q. 2. Redoan. *l. c. a.* 14. Donat. *qq. regular.* p. 2. *tr.* 4. q. 9. n. 2. Quod spectat ad secundam, utilitas, necesse erat etiam ob utilitatem citra necessitatem permitti alienationem, ne aliàs, quod in favo-

R. P. Lew. *Jur. Can. Lib. III.*

rem ecclesie introductum, nimirum prohibitio alienationis retorqueretur in ejusdem odium & incommodum contra *L. nulla juris.* ff. de *LL. & L. quod favore.* C. *eodem debet.* debet autem utilitas esse evidens, seu non dubium, quòd sit profuturum ecclesie res dictas illius distrahi, & quidem plus quàm si retinerentur, ut dicitur *c. sine exceptione.* 12. q. 2. uti contingit, dum res aliqua ecclesie alienatur, & comparatur patenter melior juxta *cit. c. & c. fin. h. t.* Ac proinde non sufficit, ecclesiam per alienationem non damnificari, sed requiritur, ejus conditionem fieri meliorem. Barbof. *Jur. eccles.* l. 3. c. 30. n. 15. citans præter alios *decis. Rota.* in *Bouon. devolutionis* de 16. *Novemb.* 1621. Redoan. *l. c. rub.* 19. num. 15. Donat. *l. c.* num. 8. & 11. Pirh. h. t. num. 24. Wiestn. h. t. num. 53. Reiffenst. num. 20. allegans *Rota decis.* 65. num. 48. & *decis.* 367. num. 5. & 7. p. 5. *divers.* contra Gl. in *can. sine exceptione.* v. *profuturum.* dum ea ibi ait: *eo ipso, quòd non est facta pauperior, intelligitur facta locupletior.* Sumitur idiplum ex satis claris utriusque juris textibus, ut dum *novell.* 120. c. 9. v. *hoc autem dicitur.* *ut ex earum* (nempe venditarum domorum) *pretio redditus meliores emat.* & *c. sine exceptione.* ubi decretum: *ne Episcopus de rebus ecclesie sua quicquam donare vel commutare, vel vendere audeat, nisi aliquid horum faciat, ut melior a proficiat.* c. *ad aures.* h. t. ubi: *ad majorem ecclesie utilitatem.* Similia habentur *c. cum Apostolica.* c. *una.* de *his, qua fiunt à Præl.* Neque his obstat, quòd *auth. & canon.* *hoc jus.* dum ibi sustinetur rei immobilis ecclesie alienatio, si nihil factum sit ad damnum divine domus. Nam præterquam, quòd textus *cit. auth. & canon.* interpretationem recipiat à *cit. novell.* aliisque sanctionibus canonicis, alienationem permittentibus ex causa utilitatis, non cujuscunque, sed majoris; agitur in *cit. auth.* de alienanda domo ecclesie ex causa, non utilitatis, sed necessitatis, quæ se solà sufficit absque eo, quòd necesse sit conjungi etiam utilitatem, modò tamen per alienationem factam ex necessitate factam non incurratur damnum ecclesie, quòd cum incurratur, dum ecclesia non coacta extinguere debitum, sed potens illud relinquere pergendoolvere interesse, non potest in eo casu ad extinguendum debitum sumere pecuniam ad censum gravio-rem, quàm est interesse solvendum ex debito, aut rem aliam, ex qua major fructus percipitur, alienare juxta dicta §. *preced.* Neque dici potest, quòd, dum ecclesia ex alienatione sit completior, non servetur ratio Justitiæ commutativæ, quæ in contractibus respicit æqualitatem & medium rei inter datum & acceptum. Nam etiam idem & æqualis valor esse potest intrinsecus inter rem alienatam, & rem, pro qua alienatur, & tamen hæc esse longè utilior alienanti, & is plus fructus ex ea percipere; quia v. g. minùs dissi- ab ecclesia aliisque ejus prædiis adita minore labore & sumptibus conservari potest. Quia pretium venditi calicis aurei in alia divine rei peragenda aptiora & splendidiore impendi potest. Illud denique circa utilitatem notandum, illam debere esse maximam, quæ haberi potest; adeoque res ecclesie semper plus offerenti vendenda; quia prospiciendum ecclesie, quantum fieri potest optimè, præsertim ab eo, qui ex officio res ejus administrat. ita tamen, ut, quamvis non alienavit cum maxima utilitate, quâ potuit, alienatio adhuc sit valida; cum adhuc ad sit justa causa alienationis; & Prælati non præjudicet in acquirendis, sed in acquisitis. ita

M 2

Delb.

Delb. cit. du. 9. num. 12. & 13. citatis Quarant. ubi supra num. 12. & Soprano apud Filiuc. tr. 44. c. 5. quest. 4. num. 4. Ad causam utilitatis reduci potest remuneratio beneficiorum & meritorum in ecclesiam; cum hac remuneracione invitantur alii ad liberalitatem exercendam in ecclesiam. Everard. vol. 2. conf. 19. num. 52. Wiestn. hoc. tit. num. 50. quin etiam, ut idem num. 552. revocari potest ad necessitatem; cum ita ecclesia effugiat notam ingratitude in benefactores suos. Tertia ea commoditas rei alienandæ consistit ferè in utilitate; dum sumptus & labor in illius sustentationem aut culturam faciendi superant fructus inde provenientes, incommoda ejus situatio ob nimiam distantiam ejus, & à reliquis ecclesiæ prædiis disjunctionem, accedente etiam soli sterilitate, potius damnum, quam emolumentum afferat, quò incommoditate & damno carere, cum sit utile, ejus alienatio in evidentem ecclesiæ utilitatem redundat unde passim hæc causa ad secundam, nempe utilitatem, redundat. Quarta causa est pietas, ob quam ad alienationem rerum ecclesiæ licitè deveniri potest in sequentibus ferè casibus, qui ex D. Ambros. l. 2. de officiis. c. 28. enumerantur in can. aurum. 12. quest. 2. Primò pro redimendis captivis, non quidem illis, qui ob patrata crimina damnati ad carceres perpetuos, tritemes, aut etiam ad mortem; cum enim tunc contrarium exigat justitia, ne scelera mancant impunita, & satisfiat Reipublicæ læsæ & scandalizata, non tantum non tenetur, sed etiam non potest ecclesia ad redimendos illos alienare sua. Covar. l. 2. var. c. 16. num. 9. Molin. de just. tr. 2. d. 468. num. 2. Vasq. de reit. c. 2. §. 2. du. 10. Pirh. hoc. tit. num. 25. Delb. c. 17. du. 9. num. 27. & 8. alique apud illum; verum pro redemptione fidelium à Turcis, paganis, hæreticis, aut etiam à Catholicis injustè incarceratorum, quibus mors, aut grande corporis malum, multo magis animæ periculum imminet, non tantum res temporales, sed etiam vasa sacrata, dum alia non suppetunt, oppignorare, aut etiam distrahere jura permittunt. §. sacra. Inst. de rerum divis. l. sancimus. C. de SS. eccl. novell. 120. c. 10. can. sacrorum. & c. aurum. 12. quest. 2. Secundò pro sublevanda necessitate pauperum, cit. l. sancimus. auth. de alienat. emphyt. c. 9. §. sanctissimus cit. can. aurum, non tamen qualibet, sed extrema; ne fame aut frigore pereant, vel saltem valde gravi. Covar. loc. cit. c. 16. n. 8. Molin. cit. d. 468. Delb. loc. cit. num. 24. eorum etiam, qui culpâ suâ, ludis, conviviis, luxuriis ad illam necessitatem devenerunt; siquidem culpa antecedens non impedit obligationem caritatis, quæ est de subveniendo proximo in extrema vel gravi necessitate constituto, ubi justitia non exigit contrarium juxta dicta. Covar. Molin. LL. cit. Delb. num. 25. & 26. Unde jam etiam hæc causa pietatis ad causam necessitatis revocari solet. Tertio pro ædificanda & instauranda ecclesia, ubi id necessarium est cit. c. aurum. Quarto pro laxandis spatiis cœmeterii ad fidelium sepulturam. can. eod. junctâ Gl. v. in his. Quibus addi potest causa contra infideles & hæreticos defendendæ, aut etiam aliàs propagandæ fidei Christianæ. Donat. pr. regular. quest. 9. num. 11. Wiestner. hoc. tit. num. 58. Porro circa hanc alienationem licitam ob dictas causas notari potest cum Covar. cit. c. 16. num. 8. Molin. cit. d. 468. concl. 2. Pirh. cit. num. 25. in ea hunc servandum ordinem, ut incipiatur ab iis, quæ non sunt destinata ad altaris ministerium, nisi fortè essent su-

perflua, aut ad cultum divinum necessaria; inter hæc ab iis, quæ non sunt consecrata, ut calices, ciboria &c. quæ non nisi urgentissima necessitate sunt distrahenda, aut pignori tradenda, sed tantum benedicta, ut casula, alba &c.

Quest. 170. An ad alienationem rerum immobilium & mobilium pretiosarum Ecclesiæ jura requirant speciales solennitates, ita ut sine illis facta non sit licita aut valida?

REsp. Primò certas tali alienationi à jure præscriptas esse solennitates, constat & patebit ex sequentibus. idque ad coercendam aliquorum Prælatorum nimiam facilitatem & indiscretionem in alienando.

2. Resp. Secundò ad dictam alienationem, ut licitè fiat, præter legitimam causam adhibendæ sunt solennitates omnes à jure ad hoc præscriptæ, ita ut vel una omissa peccetur mortaliter, etiam dum alienatio facta in utilitatem ecclesiæ; eò quòd agat adhuc contra prohibitionem ecclesiæ in re gravi, quòd etiam ex eo confirmatur, quòd contraheret hæc ratio invalidè, de quo mox, qui autem scienter contrahit invalidè peccat, ita Delb. c. 17. du. 21. f. 2. num. 1. Quamvis addat, probabile esse, quòd si alienet in evidentem ecclesiæ utilitatem, acita utiliter gerat negotium ecclesiæ, contra eum recepta non sit Extrav. ambitiosa, neque quò ad pœnas, neque quò ad peccatum, & ita docere Filiuc. tom. 1. tr. 14. c. 7. quest. 6. num. 119. Laym. l. 1. tr. 4. c. 16. num. 9. Reginal. in pr. tom. 2. l. 30. tr. 3. c. 6. f. 2. à num. 69. Dian. p. 1. tr. 8. resol. 7. contra Bonac. p. 4. num. 14. Genuens. in pr. c. 3. & alios tenentes, quòd talis adhuc incurrat pœnas dictæ Extrav. juxta declarationem aliquam emanatâ à Clemente VIII.

3. Resp. Tertio, validam nihilominus esse in foro conscientiæ alienationem factam sine solennitatibus juris à Prælato, ad quem aliàs spectat jure naturali potestas alienandi, in utilitatem ecclesiæ, ubi adfuit causa legitima & consensus liber contrahentium, docent Sylv. in sum. v. alienatio. num. 13. Angel. v. eod. num. 14. Quarant. v. eodem. num. 33. Navar. in comment. de alienat. rer. eccl. Azor. p. 2. l. 9. c. 1. quest. 91. Reginald. l. c. Filiuc. tr. 14. c. 7. q. 6. Laym. l. 1. tr. 4. c. 16. num. 9. in fine. Pirh. h. t. num. 36. Reiffenst. num. 53. Wiestner. num. 91. & plures alii apud Delb. c. 17. du. 21. f. 1. num. 1. dicentem, hanc sententiam satis probabilem, & ei favere Rotam, contra Suar. tom. 4. de relig. l. 2. c. 77. num. 20. & 21. Covar. l. 2. var. c. 17. num. 2. Molin. cit. d. 468. concl. 6. Castrop. tr. 2. d. univ. p. 15. §. 4. n. 5. Vasq. loco citato du. 14. Ricc. in pr. p. 1. resol. 7. & 12. Bonac. d. 3. de contr. ac. feud. quest. 8. p. 4. num. 10. & plures alii apud Delb. loc. citato num. 6. docentes talem alienationem esse irritam, tam quò ad forum conscientiæ quam externum ex hoc fundamento, quòd finis irritationis, quo, ut dicitur responsi, seq. nititur talis alienatio, quò ad forum externum non sit læsio ecclesiæ & fraus, quæ in hoc vel illo particulari casu omiffis solennitatibus contingere possit; sed læsio & fraus, quæ communiter & ut plurimum ex earum omiffione contingere solet, qui finis semper perseverat, etsi unus vel alius contractus in utilitatem ecclesiæ sine solennitate factus sit. Ratio responsionis est, quòd

in tali alienatione interveniant substantialia ad contractum de jure naturali & gentium requisita; nempe consensus mutuus liber contrahentium, & justa causa alienandi, absque fraude omnis & injuria, ad quæ vitanda SS. Canones adhiberi voluerunt dictas solennitates, quæ proinde extrinsecæ potiùs sunt, quàm substantialia respectu valoris alienationis, ut Barbos. ad c. 1. h. t. in 6. à num. 6. apud Pirh. cit. num. 36. ubi addit, id ipsum etiam procedere in omni actu, nimirum, quòd validus sit in foro conscientie, si in eo prætermittæ solennitates juris positivi, servato solo jure naturali, ut Sylv. loc. cit. Abb. in c. 1. de in integ. rest. num. 19. Atque ex hac sententia sequitur, quòd emens à Præfato, modo jam dicto alienante rem ecclesie, non teneatur in conscientia, neque rem restituere, neque contractum rescindere, quamdiu nemo se isti alienationi opponit, & rescissionem illius à Judice petit. Delb. Pirh. LL. citatis.

4. Resp. quartò: De cætero esse talem alienationem factam etiam in evidentem ecclesie utilitatem sine solennitatibus ipso jure ecclesiastico irritam quòd ad iudicium & forum externum cum ferè communi sententià citati paulò ante AA. tenentes esse irritam quòd ad utrumque forum. Item Pirh. Delb. LL. cit. & alii contra Muller. in Struv. l. 1. tit. 8. ff. thes. 71. in fine. inter casus, in quibus opus non est in alienatione intervenire solennitates, numerantem illum, quòd manifestè constat, rem ecclesie in commodum illius versam. Idque ob claros textus, quibus ea expresse irritatur in c. sine exceptione. 12. q. 2. c. nulli. h. t. c. 1. h. t. in 6. Clem. 1. & Extrav. ambitiosa. h. t. c. tua. de his que sunt à Præl. Neque tamen per citata jura ita irritari dictam alienationem, ut etiam naturaliter seu in foro conscientie non valeat; eò quòd, licet Jura Canonica sive Papa possit alienationem seu contractum circa res ecclesiasticas ita prohibere, ut etiam in conscientia sit irritus, id tamen nisi sufficienter exprimat, non voluisse facere censetur, adeoque dicendum, defecto talem contractum spectato jure naturali validum per canones non esse infirmatum ut pro foro quoque conscientie non valeat, tenent. Pirh. l. c. Laym. l. c. n. 6. & seq. Unde jam etiam dicitur fundamentum illud adversariorum, sed regulam illam: quando lex fundatur in præsumptione fraudis tanquam causa principali & adæquata, ita ut Judex secundum præsumptionem à jure seu lege factam debeat procedere & sententiam ferre in omnibus casibus, etiam iis, in quibus hic & nunc cessat omne periculum & præsumptio fraudis; cum per hoc, quòd ea cesset in casu particulari, necdum cesset in communi & generaliter; adeoque lex pergat in tali particulari casu absentie fraudis obligare, ut Covar. in c. cum esset. de testam. Laym. l. c. c. 17. n. 4. hanc inquam regulam solum locum habere in foro externo, pro quo leges solum de iis, quæ ut plurimum & communiter accidunt, feruntur; pro foro verò interno locum habere hanc regulam; in jure naturæ fundamentum cessat, adeoque etiam lex positivè in ea fundata; ubi de veritate constat, ac ita lex ob vitandas fraudes irritans alienationem rerum ecclesiasticarum sine debitis solennitatibus factas cessat obligare in foro conscientie, si constet de veritate, seu fraudem abesse, & manet alienatio valida, donec per sententiam Judicis rescindatur. Contra quam tamen doctrinam videtur facere illud ipsum, quòd in confirmationem illius adducit Pirh. nimirum quòd lex prohibens & irritans matrimonium

clandestinum fundetur in præsumptione fraudis, & tamen tale matrimonium sit invalidum etiam in casu, ubi constat abesse fraudem. Siquidem tale matrimonium etiam in & pro foro interno est invalidum; nisi dicere velis, speciale id esse; eò quòd Ecclesia idiplum, seu talis matrimonii invaliditatem etiam pro foro interno seu omnimodam satis declaret; quòdque contractus hic matrimonialis semel validus rescindi nequeat. Unde videtur potiùs locus esse huic principio, ut ait Delb. loc. cit. num. 10. forum conscientie conformandum foro externo, si hoc non innitatur falsæ præsumptioni; ita ut, si leges ecclesiasticæ irritent actum pro foro externo, is etiam censetur irritus pro foro conscientie. Unde infero, &

5. Resp. quintò, probabilius videri alienationem factam sine requisitis solennitatibus etiam in evidentem utilitatem ecclesie esse invalidam tam in foro interno quàm externo. Quòd facit, quòd revera solennitates istæ sint de forma substantiali (sine qua actus nullus ullatenus validus est) inducta tali actui, non quidem à jure naturæ, sed à SS. Canonibus, à quibus induci potuisse absolutè quòd ad utrumque forum, ipsi adversarii fentur. Quòd ipsum factum esse, satis colligitur ex eo, quòd iidem SS. Canones alienationi tali derogent omnem valorem (adeoque etiam valorem in foro conscientie) dicendo absolutè irritas & nullius roboris aut momenti; quæ ratio, nescio, an satis diluatur à Pirh. dicente, solennitates illas spectare ad formam substantialem alienationis spectare secundum effectus juris positivi & fori externi; non item secundum jus naturale & fori interni; quia datur ferè pro responsione, quòd est in questione, quæ quaritur num alienatio, non etiam effectum invaliditatis pro foro interno habeat à jure positivo ecclesiastico, quo asserto argumento ipsorum illorum Canonum. De cætero libenter admititur, quòd alienatio illa in validitatem illam pro foro interno non habeat à jure naturæ, sicut neque habet effectum invaliditatis pro foro externo habet à jure naturæ; quia, quantum est de jure naturæ, alienatio talis pro utroque foro est valida. Sed neque ex eo, quòd contrahens cum ecclesia sine solennitatibus non possit pro arbitratu suo stare contractui, vel ab eo resilire, sequitur, contractum non esse nullum, qualis si esset, stare illi non posset. Nam quòd non possit resilire, non est ex valore contractus, sed quia ita statutum in pœnam fraudis, quam præsumitur incurrisse taliter contrahens; ad quam proinde vitandam & consulendam ecclesie, concedatur eidem, ut si ipsa velit stare contractui, absque solennitate factò, alter contrahens nequeat resilire; si verò ea nullatenus stare velit contractui, neque alter ei stare possit, ecclesia tamen volente stare contractui, debet ipsa solenniter approbare contractum, & solennitates omittas supplere; quia cum contractus à principio fuerit nullus, de novo contrahit. Ita Delb. cit. du. 21. f. 1. n. 11. remittens ad Sarmiento p. 1. de reditib. c. 2. Vasq. l. c. Abb. in c. si quis. h. t. & Navar. l. 1. conf. 20. de rescrip. qui etiam, quòd ecclesia nolens stare contractui; ipsa aut ejus Prælatus possit rem malè alienatam repetere; eò quòd, licet non liceat ordinariè proprio facto contravenire, & propriam turpitudinem allegare; excipitur tamen; nisi id fiat ob causam necessariam & animæ salutem, aut nomine ecclesie vel Reipublice. Neque arguitur valor in conscientia talis alienationis ex eo, quòd, ut res malè alienata restituatur ecclesie, requiratur rescissio contractus juxta can. Apostolicos. s. quisquis. 12. q. 2. quæ rescissione opis

non esset, si contractus ipso jure invalidus. Nam præterquam, quòd per hoc æquè oppugnetur invaliditas illius pro foro externo, relessio illa non ad obligationem simileve effectus juris spectat, sed ad factum referenda, ita ut alienatio, quæ de jure nulla est, de facto etiam revocetur. Wiestn. *h. t.* n. 85. cum Gonz. *in c. quoties. de passis. n. 1.* Neque ex hoc probetur sententia opposita, quòd ex tali alienatione facta sine solennitate, si dicatur valida in foro conscientie, nullum creetur Ecclesie præjudicium; eo, quòd maneat nihilominus rescindibilis, & in optione Ecclesie sit, vel agere contra possessorem ad restituendam rem, vel contra alienantem, ut resarciat damnum Ecclesie illatum. Neque enim ideo præcisè dicitur invalida in foro conscientie, quòd, si foret in eo valida crearetur Ecclesie præjudicium, sed quia jura sic voluerunt, ut vel sic etiam remotius ab ea damnum & fraudes arcerentur, non permitiendo illam ullatenus subsistere, exemplo matrimonii clandestini irritati pro foro conscientie.

Quest. 171. An & unde in dubio præsumatur & probetur in alienatione rerum Ecclesie intervenisse solennitates?

R Esp. primò: Tametsi, dum actui non impugnatur alienatio, defectusque solennitatum allegatur ab adversario, pro earum interventu, seu omnia legitime peracta esse, proque instrumento, in quo id narratur, præsumi possit; secus, si hic defectus allegetur, ut ex Gail. *l. 2. observ. 71. num. 6.* allegante pro hoc Felin. *in c. sicut. de sent. & rejudic. num. 28.* & Craver. *de antiq. temp. dicit Wiestn. h. t. num. 92.* per se tamen loquendo, instrumentum, alienationis prælati sigillo & subscriptione munitum, in quo narratur alienationem factam, præcedente de ea tractatu capitulari & consensu capituli ex legitima causa, etiam specificata, adhibitis quoque cæteris solennitatibus, non facit stabilem præsumptionem, multòque minùs sufficientem probationem, ut pro valore alienationis pronuncietur, nisi aliunde quoque constet, aut probetur, solennitates intervenisse; cum juxta regulam receptam in solennitatibus jure requisitis, quibus partes liberè renunciare nequeunt, non sufficit nudè asserta, & non probata narratio, ita Anchar. *in c. 1. h. t. not. 3.* Franc. *ibidem num. 4.* Mascard. *de prob. l. 1. concl. 75. num. 15.* Laym. *d. de reb. eccl. alien. thes. 26.* quos citat & sequitur Pirh. *h. t. num. 33.* Arg. *c. 1. h. t. in 6.* ubi verbis Episcopi & Capituli asserentium decimas alienatas in Archidiaconum obtinues redditus illius (etsi ea aliàs fuisset causa sufficiens) quia hæc non apparuit, aut probata fuit vera, ut Gl. *ibidem v. tennes.* fides habita non fuit. Ubi verò de tractatu capitulari & consensu capituli constaret, jam propter ejus autoritatem, præsumi de interventu causæ legitimæ alienandi, nisi contrarium probetur, cum Mascard. *l. c. num. 11.* tradunt. Laym. *l. c. & in cit. c. 1. num. 5.* Pirh. *l. c. Wiestn. num. 94.* Quòd si tamen etiam ad dictum instrumentum accederet, quòd nunquam vel diuturno tempore alienatio illa non fuerit impugnata, aut ei contradictum, etiam absque facta mentione de adhibitis solennitatibus, & citra aliam probationem, has adhibitas, & omnia

legitimè acta præsumi posse juxta generalem doctrinam, quòd solennitas extincta ex diuturnitate temporis præsumatur, ex Masc. *cit. n. 15.* docent iidem Pirh. *n. 34.* Wiestn. *n. 95.* ita tamen, ut præter diuturnitatem temporis requiratur ex parte ejus, cui faveret præsumptio, possessio, & ex parte illorum, qui alienationem, si illegitimè facta, revocare & impugnare poterant, & probabiliter impugnassent, scientia & patientia. Arg. *c. pervenit. de empt. & vendit. Felin. in c. de sent. & rejudic. n. 33.* Rosenthal. *de feud. c. 4. concl. 32. n. 1.* & 2. Gail. *l. 2. observ. 161.* Laym. *l. c. thes. 27.* Pirh. Wiestner. *LL. cit.* Et nihilominus adhuc talis præsumptio; cum non sit juris & de jure admittit probationem in contrarium, nimirum pro defectu solennitatum, ut AA. iidem cum communi. Porò tempus requisitum ad faciendam dictam præsumptionem adhibitarum solennitatum est 30. vel 40. annorum, ubi mentio de iis facta non est in instrumento, & res alienata est magni præjudicii, ut Arg. *cit. c. pervenit.* & cum Abb. *ibid. num. 7.* & 10. Pirh. & Wiestner. *LL. cit.* cum lapsus ille temporis etiam ad tituli præsumptionem sufficiat. Si verò de solennitatibus facta fuit mentio, & res alienata non est tanti præjudicii, sufficiunt 10. anni, ut iidem. Quamvis Pirh. cum Menoch. *de arb. cas. 433. num. 29.* & Laym. *l. c. thes. 28.* dicat, rectius relinqui arbitrio Judicis, ut is ex conjecturis determinet, quantum temporis necessarium ad inducendam præsumptionem adhibiti consensûs aliarumque solennitatum, quas omnes adhibitas ex lapsu temporis immemorialis, indubitatum, uti etiam eas adhibitas & rite omnia acta, ex instrumento publico cum solennitatibus debitis à Notario publico confecto præsumi & probari, habet communis; cum omnia in eo dispositivè contenta vera præsumantur juxta *c. scripta de fide instrument. & l. cum precibus. C. de probat.*

Quest. 172. An & qualiter alienatio rerum Ecclesie ob omittas solennitates nulla, iisdem ex intervallo supervenientibus ratificetur?

R Esp. ad primùm affirmative cum Host. *in c. cum nos. de his que sunt à Prel. v. ratam.* Abb. *ibid. num. 3.* Redoan. *de reb. eccl. non alien. rub. 30. cas. 6. num. 10.* Sarmient. *de redit. eccl. p. 1. c. 3. num. 1.* cum communiore. Et quidem factam à Prælato sine consensu capituli, aut etiam eo reclamante per præstitum dein seu ex intervallo illius consensum, constat, & dictum est supra *ad rit. preced.* de facta vero sine consensu superioris habetur *in c. quoties. de passis.* ubi, quòd conventiones superioris consensum exigentes solidenter superveniente ejus ratihabitione. Neque his textibus obstant alii; nimirum §. 2. *de Instu. de auth. tutor. & l. obligari. §. 5. ff. eod.* ubi, quòd initus à pupillo contractus sine auctoritate tutoris, & hinc irritus, hujus consensu seu auctoritate dein superveniente non convalescat. Nam in hoc est disparitas, quòd pupillo contrahenti necessarius sit consensus tutoris, ut suppleat defectum judicii, quo laborare præsumitur, & veluti informet consensum pupilli, & personam integret, adedque exigatur consensus tutoris in ipso actu, sive antequam ad alia digressus fiat, Prælato autem

autem alienanti superioris & capituli consensus necessarius sit tanquam solemnitas, quæ etiam ex intervallo superveniens à jure perinde habetur, ac si à principio in actu alienationis intervenisset; ac sic vim habet confirmandi & ratificandi Wiestn. h. t. num. 89. citatis Gail. l. 1. observ. 47. num. 5. Gonz. in cit. c. quoties. num. 13. quemadmodum alienationem rei immobilis factam à minore sine decreto Judicis, alienationem feudi sine consensu domini directi ratificari superveniente ex intervallo decreto Judicis, consensu domini, docent Barol. & Bald citari ab eodem Wiestn.

2. Resp. ad secundum, probabilis videri supervenientem solemnitatem omisam per fictionem juris non retrahit ad tempus factæ alienationis, ita ut ea sic se habeat, ac si nunquam solemnitas desiderata fuisset, sed ea ab initio valida existisset, ut Wiestn. l. c. num. 90. defendit, sed eam ratam & validam esse & haberi non nisi à tempore supervenientis solemnitatis. V. g. quod eam ratam habuit superior aut capitulum ut cum Abb. in c. cum nos. num. 5. & in c. irrita. de his que sunt à Prælat. Delb. c. 17. du. 9. in resolut. diff. scilicet. num. 12. citans insuper Molin. cit. d. 468. Quod autem interim, quo superveniant solemnitates, testire nequeat sic sine solemnitate contrahens cum Ecclesia, inde est, quod talis contractus claudicat in favorem Ecclesie, & hinc illi stare teneatur, etsi Ecclesia ei stare non teneatur, ut probabiliter docent aliqui apud Delb. du. 21. f. 1. num. 5.

Quest. 173. In quibus casibus non requirantur solemnitates ad alienationem rerum Ecclesie etiam immobilium & mobilium pretiosarum, etiam in locis, in quibus recepta Extrav. ambitiosa.

Resp. Præter plura hac de re dicta supra, ubi, quæ res alienari possint sine solemnitatibus juris, item dicta à me in for. benef. p. 3. q. 199. quæ vide. Casus hi, in quibus in locis, ubi dicta Extrav. Pauli II. quo ad omnia simpliciter recepta est, licet & sine metro censurarum aliarumque poenarum sine solemnitatibus juris, & in specie etiam sine consensu Papæ requisito, non solum oppignorari, sed & simpliciter alienari (etiam non obstante iuramento de non alienando, ut Delb. c. 17. du. 23. num. 1.) possunt, sunt potissimum sequentes, respicientes ferè consensum Pontificis. Primus, dum necessitas non patitur moram adeundi Pontificem. V. g. si interea, quo hic adiretur, elaboretur occasio alienandi, & sic occasio utilitatis Ecclesie, vel redemptionis captivorum &c. ita cum communi. Quarant. v. alienatio. eccles. n. 42. limit. 7. Filiuc. Tom. 3. tr. 4. c. 5. n. 11. Less. de Just. l. 2. c. 24. du. 11. n. 64. Peyerin. in formular. lit. a. c. 11. num. 3. Delb. l. c. dicens, in eo casu id etiam posse regulares; inconsulto Episcopo; cum illi quod ad hoc subiecti non sint; quia lex non ligat, quando de facto servari nequit, & quæ in favorem concessa, in odium retorqueri non debeant. c. qua gratiam. de reg. jur. in 6. Secundus dum fit consumptio seu transmutatio unius rei ecclesiasticæ in aliam, siue domini alicujus directi vel utilis alienatione. V. g. dum ex vetusto calice non necessario fit crux, ex sylva minus utili vinca fructifera, si incidantur ar-

bore ad reparationem Ecclesie, præsertim, dum aliunde non supererit pecunia, & urget necessitas; cum talis permutatio non tantum non sit alienatio; quia nullum dominium transfertur, sed etiam hac ratione res Ecclesie agatur utiliter, Abb. in c. nulli h. t. Quar. l. c. Nav. l. 3. conf. 6. Peregrin. in compend. privileg. v. alienatio. du. 2. & 3. Rodriq. 99. regular. Tom. 1. q. 27. a. 3. &c. quos citat & sequitur Delb. l. c. num. 11. Bonac. de alienat. p. 2. num. 8. &c. Secus est, dum res Ecclesie venduntur, & pretium convertitur in fabricam vel aliam usum necessarium Ecclesie; quia hæc est vera alienatio, ad quem non sufficit necessitas Ecclesie, sed præter hanc requiritur inter ceteras solemnitates Papæ consensus, Quar. l. c. Delb. num. 12. Tertius, si fiat alienatio seu permutatio ab una Ecclesia in aliam (præsertim, ut ait Delb. l. c. num. 13. loquendo de Ecclesiis eidem Prælati. V. g. Provinciali vel Generali regulatum subiectis) ut probabiliter tenent Barbol. de off. & potest. Episc. p. 3. alleg. 95. à num. 55. Trivisan. p. 2. decis. 56. Ricc. in pr. p. 1. resol. 35. in fine. Castrop. tr. 12. d. unic. p. 15. f. 3. n. 7. Engels. h. t. num. 16. apud Reiffent. h. t. num. 49. qui tamen ipse tenet & probat oppositum, nimirum etiam in tali permutatione & alienatione requiri solemnitates tanquam conformius juri, & in praxi merito, tenendum. idem tenet Delb. du. 13. quos secutus sum supra, ubi, an & qualiter per permutationem fiat alienatio. Quartus, si fiat donatio inter regulares ejusdem monasterii; eò quod talis non sit propriè donatio, qualis sine solemnitatibus fieri à regularibus prohibetur in Extrav. ambitiosa. & decreto S. Cong. cum per eam non transferatur dominium rei donatæ in alium, sed illud maneat sicut prius penes monasterium. Naldus. v. alienatio. Delb. cit. du. 23. n. 13. qui etiam n. 14. addit, satis probabiliter idem dici de donatione facta à regulari unius monasterii regulari alterius monasterii aut provincie, ejusdem tamen ordinis, pro quo citat Ricciam. decis. 38. & 74. & Tambur. de jur. Abb. difficult. 13. q. 2. n. 19. & dicit id notandum pro donationibus rerum pretiosarum, quas regulares unius monasterii facere solent alii monasterio cum licentia solius Prælati. Contrarium tamen quod ad hunc casum sentientibus. Bonac. tr. de alien. rer. eccl. d. 1. q. unic. p. 2. n. 14. & 17. & Bordon. resol. 27. n. 1. & admittentibus solum, si res donata non excedat valorem 25. aureorum, de quo supra. Quintus casus secundum aliquos, quos sequi Barbosam cit. alleg. 95. n. 62. ex c. consensus. h. t. refert Delb. l. c. n. 16. si donatio fiat in remunerationem beneficiorum Ecclesie collatorum. Verum licet inter causas legitimas referri possit talis donatio; merito tamen de eo, utrum fieri possit sine solemnitatibus, si excedat 25. scuta dubitari potest. Sextus, dum quædam religiones à Sede Apostolica habent speciale privilegium alienandi bona etiam stabilia pro necessitate & utilitate monasteriorum sine licentia Sedis Apostolicæ vel ordinariarum loci, modò tamen in istiusmodi alienatione intervenerit consensus duarum partium ex tribus partibus fratrum, & authoritas Prioris Generalis, uti concessum à Gregorio XIII. constit. 34. ex incumbenti. Fratribus & monialibus ordinis de Monte Carmelo, quanquam istiusmodi privilegia ob eorum abutum postmodum fuisse revocata, vel saltem in tantum restricta, ut nullis regularibus intra fines Europæ existentibus liceat dictas alienationes facere absque S. Cong. Concilii expressa licentia in scriptis

pris & gratis concedenda, ex Barbof. *Juris Eccl.* l. 3. c. 30. n. 15. testetur Reiffenst. *h. t.* n. 48. Ceteri verò casus spectant necessitatem alienationis, ut si res relicta vel comparata, ut alienetur. V. g. pecunia pro emendis bonis immobilibus, Delb. n. 16. Si relicta cum obligatione ea permutandi. Si relicta per modum fideicommissi, ut alteri post certum tempus, vel etiam certa conditione posita sit restituendum, utpote quod elapso tempore, vel posita conditione non est amplius Ecclesie Delb. l. c. à n. 19. Si est indivisum in manu secularis, qui vult rem illam vendere. Delb. n. 22. citans Bordon. *resol.* 27. à n. 3. Si empti cum pacto de retrovendendo; cum retrovenditio non sit rigorose venditio, sed & contractus à priori distinctus, sed rescissio prioris contractus, ut Bordon. l. c. & Redoan. l. c. q. 66. n. 9. quamvis etiam probabiliter, si non probabilius, ut Delb. num. 24. contrarium, & quòd retrovenditio sit propriissime alienatio, & hinc etiam pro retrovenditione exigatur Ludemium, sentiant Menoch. *Tom. 1. conf.* 13. n. 6. Ricc. *decis.* 52. Si sit difficilis recuperationis, vel incerta, & intercedat pactum, quòd laicus emptor eam suis expensis & periculo recuperet. Delb. n. 24. citans Nald. *v. alienatio.* n. 9. & Gavant. *in man. Episcoporum. v. alienatio.* n. 42. De cetero inter casus, in quibus opus non est solennitatibus, numerandum non esse illum, quando constat manifestè alienationem fieri in utilitatem Ecclesie, contra Mullerum dictum est supra. q. ante hanc penult. resp. 4.

Quaest. 174. Quenam sint in specie solennitates juris ad licitam validamque rerum Ecclesie alienationem requisitae?

R Esp. sunt sequentes: Prima est, ut precedat tractatus capitularis, seu communis deliberatio Praelati cum Capitulo seu conventu collegialiter congregato, qua auditis & discussis hinc inde rationibus & conditionibus examinetur, num subsistat necessitas vel utilitas, seu justa causa alienandi hanc vel illam rem immobilem, vel mobilem pretiosam, quaeque praereliquis sit alienanda. c. *sine exceptione.* 12. q. 2. *clm.* 6. *h. t. c. 1. § 2. h. t. in 6. c. una. de his quae sunt à Pral.* Gl. *v. tractatu.* Abb. *ibidem* num. 6. Molin. *de just. tr.* 2. d. 468. num. 5. Huic tamen tractatum non requiri in alienationibus temporalibus seu ad tempus, vel ad vitam hominis factis, sed tantum consensum capituli postea subsequentem sufficere, cum Gl. *in c. 1. h. t. in 6. v. perpetuus.* & Franco *ibidem.* num. 3. 15. & 16. ait Pirh. *h. t. num.* 17. Per se autem loquendo, sufficit esse unicum; cum jura de eo faciant mentionem tantum in singulari. Sylv. *v. alienatio.* n. 10. Molin. *cit. d.* 468. Vasq. *l. c. du.* 12. n. 41. Less. *l. c. c. 24. du.* 11. n. 63. & alii, quos citat & sequitur Delb. *c. 17. du.* 9. *in resol. difficult.* n. 2. Porro in dubio non praesumitur, tractatum illum antecessisse, sed id probari debet, vel de eo constare. Abb. *in c. ea. de his quae sunt à Pral.* num. ult. Pirh. *h. t. num.* 18. Necessarium tamen non est, spectato jure communi, ut de precedente tractatu fiat speciale instrumentum, sed sufficit in eodem instrumento alienationis de eo fieri mentionem. Pirh. *l. c. citato Suar. Tom. 4. de relig. tr.* 8. l. 2. c. 27. num. 8.

contra Rebuff. Quòd si nec de eo mentio fiat, non sufficit in instrumento narrari esse factam alienationem ob necessitatem vel utilitatem Ecclesie. Laym. *d. de reb. eccl. non alien. thes.* 14. Pirh. *l. c. citatis alis.* Secunda est consensus capituli, scilicet Canonicorum, si res alienanda est Ecclesie Cathedralis vel collegiae, religiosorum, si est conventus; clericorum beneficiatorum, si est Ecclesie Parochialis plures beneficiatos habentis, hic consensus qualiter praestari debeat, caeteraque ad eum spectantia satis explicata ad *tit. de his quae sunt à Pral.* Tertia est subscriptio, de qua aequè actum ibi. Quarta est consensus superioris, cujus nomine venit hic, qui ex munere publico praestit Ecclesie, cujus res alienanda. Abb. *in c. nulli h. t. num.* 6. Delb. *l. c. num.* 14. Pirh. *h. t. num.* 32. *in fine.* Quinta solennitas, ut constat ex Extrav. *ambitiosa.* consistit in consensu Apostolico requisito & obtento. circa qua duas solennitates posteriores quia plura examinanda veniunt, de his erunt quaest. seq. Porro posse his solennitatibus juris de consuetudine addi alias, si cederent in utilitatem Ecclesie; non, verò posse per consuetudinem aliquam demi ex expressis. c. *sine exceptione.* sed esse talem consuetudinem invalidam, cum Jo. Aud. & aliis, ait Fagn. *in c. nulli. h. t. n.* 10.

Quaest. 175. Superior hic quotuplex, & quotupliciter illius consensus in alienationem necessarius ab eo praestetur?

R Esp. Superior hic alius est, per quem ei, qui immediatè praestit Ecclesie alicui particulari, confertur potestas alienandi, quàm aliàs caret; eò quòd ejus potestas restricta sit ad actus non tendentes ad rerum distractiones. Qualis in Societate JESU est Praepositus Generalis, à quo superiores locales. V. g. Rectores accipiunt potestatem alienandi quàm aliàs caret, ut patet ex *Constit. Gregorii XIII.* quae incipit: *Apostolica Sedes. edua* 18. Dec. 1576. & talis superioris consensus, utpote in quo fundatur ipsa contrahendi & agendi potentia, absoluit & jure natura necessarius est, utpote ex ejus, & consequenter potentiae defectu provenit nullitas alienationis maxima & insanabilis. Vantius *de nullit. ex defectu juris d.* num. 6. Wiestn. *h. t. num.* 69. Alius est superior, qui est potestatem alienandi non conferat administratori seu Praelato inferiori, utpote de se habenti potentiam alienandi; est tamen & hujus consensus necessarius, non quidem jure naturae, sed positivo tanquam rationem habens merae solennitatis praescriptae, seu etiam conditionis, sine qua non, ut potentia haec in actum validum exeat, alienator res Ecclesie suae. Talis respectu ecclesiarum & monasteriorum non exemptorum est Episcopus in propria diocesi, vel alius Praelatus jurisdictionem quasi episcopalem habens in territorium & populum pleno jure sibi subiectum. item Sede episcopali vacante, capitulum, cum alienationi praestare auctoritatem, non sit actus ordinis, sed jurisdictionis episcopalis, quae residet Sede vacante penes Capitulum juxta c. *his quae. § c. cum olim. de major. & obed.* Pavin. *de off. & potest. Capit. Sed. Vac.* p. 1. q. 10. n. 12. item Vicarius Capituli Sedis Vacantis ex hujus commissione generali;

non

non vero officialis seu Vicarius Episcopi sine hujus speciali commissione. Unde notandum, superiorem duplici modo posse præstare auctoritatem suam vel consensum alienationi. Primò tanquam qui ipse alienet, seu sit principalis Author alienationis. V. g. Episcopus alienans bona ad mentem suam spectantia cum consensu Capituli Cathedralis. Vel alienans bona ecclesiæ inferioris sibi subiectæ vacantis, constituto ei defensore, cum consensu Capituli vel conventus ejusdem ecclesiæ. Secundo modo, ut ipse non alienet, sed Capitulum aut Prælatus seu Rector, vel parochus ecclesiæ inferioris; ipse verò superior, qui ecclesiam ex officio publico seu tanquam administrator publicus & universalis omnium ecclesiarum (qualis est Episcopus similisve Prælatus respectu omnium ecclesiarum seu diocesis) tantum consensum suum (qui in eo casu dicitur auctoritas juxta Gloss. in c. 1. h. t. in 6. v. tractatus. ubi ait: *consensus est etiam minorum, sed auctoritas tantum majorum seu superiorum*) prætet. Quam auctoritatem superioris expressè, imò in scriptis dandam, si non quò ad substantiam, saltem ad probationem requiri, cum Laym. thes. 30. ait Pirh. h. t. num. 44. Porrò inter utrumque modum præstandi consensum hæ sunt differentia. Quòd ubi Prælatus seu rector ipsemet alienat tanquam principalis author alienationis, ejus consensus necessàriò intervenire debeat in ipso contractu, utpote pertinens ad illius substantiam; cum utriusque contrahentis consensus sit de essentia contractus. Si verò ipse non alienet, seu non est author principalis alienationis, ejus consensus seu auctoritas, ex post supervenire possit, non secus ac consensus Capituli. Pirh. loc. cit. citans Franc. in c. 1. h. t. in 6. num. 12. Item ubi alienatio faciendâ ab ipso Prælato, & ipse non consentit, alienatio facta v. g. à Capitulo, indubitanter sit irrita omni jure, etiam naturali ob defectum potestatis effectricis seu constituentis contractum, dum nimirum sic deficit voluntas partis unius seu alterius ad contrahendum necessaria. Si verò Prælatus habens potestatem administrandi res ecclesiæ alienet, non petito vel non impetrato consensu superioris, secundum probabilem, de qua supra, si alioqui non cedat in damnnum ecclesiæ, valida erit, usque dum per sententiam rescindatur alienatio.

Quæst. 176. An & cuius superioris consensus præcedere debeat actum alienationis?

R Esp. Consensum seu auctoritatem superioris tribuentis inferiori potestatem alienandi absque eo, quòd ipse alienet, necessàriò præcedere debere extra dubium est; cum absque eo non deur potentia alienandi. Consensum verò illius, qui ipse alienat, non tam præcedere, quàm intervenire debere in ipso actu, constat ex jam dictis; quia non habet se per modum mere solennitatis requisita, uti se habet consensus Capituli, sed spectat ad formam, ita ut ne quidem per modum rati habitationis subsequi possit. Consensus denique superioris, neque concedentis potestatem alienandi, neque per se alienantis (qualis videtur consensus Pontificis) quamvis, ut alienatio valeat, præcedere eam debeat, videtur tamen etiam supervenire posse eidem per modum rati-

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

habitationis. An verò valeat alienatio facta sub hac forma: *salvo assensu Sedis Apostolicæ*: quia refertur ad tempus habile, in quo nimirum obtentus fuerit assensus Sedis Apostolicæ, dubitatur. Respondet Delb. c. 17. du. 1. num. 45. & seq. Quòd factum tempore inhabili, sed relatum in tempus habile validum sit pro tempore habili, si jure illud non irritetur, qualiter in præsentem casu irritetur alienatio facta sine consensu Apostolico. Quòd verum est; si habeat se hic assensus ut forma alienationis, pro ut altruit Delb. De cætero alienationes factas sine consensu Apostolico, etiam cum clausula: *reservato Sedis Apostolicæ consensu*: irritas esse, si ante obtentam confirmationem possessio rei ecclesiasticæ tradita fuerit, absolute docet Barbol. de parochis. c. 23. num. 41. vide me in foro benef. p. 1. quæst. 46. num. 3. Secus tamen videtur, si haberet se ut mera solennitas. Rationem verò & modum, quo potest contractus alienationis celebrari sub dicta forma: *Salvo Sedis Apostolicæ assensu*: tradi à Quarant. v. alienatio. n. 10. ait Delb. num. 47.

Quæst. 177. An & cuius superioris consensus sit necessarius Episcopo alienanti?

R Esp. Episcopo alienaturo bona suæ aut etiam capitularis mentæ, ubi usu recepta *Extrav. ambitiosa*. prohibita est Episcopo alienatio, etiam cum causa & aliis solennitatibus sine beneplacito Apostolico Fagn. in c. nisi essent. de præb. num. 56. cum communi. Item vi juramenti, quòd Episcopi aliique Prælati, qui à Papa confirmantur, præstare debent in consecratione sua de non alienando bona ecclesiastica quovis modo, etiam cum consensu Capituli, inconsulto Papa. Pirh. h. t. num. 57. de quo tamen juramento plura infra. Præscindendo tamen à tali juramento, & ubi usu recepta non est dicta *Extrav.* Episcopo, neque consensu Archiepiscopi, neque Papæ opus est; cum de hoc nihil in jure expressum. Sed solum ad alienationem ab Episcopo faciendam exigitur consensus Capitularis vel clericorum & eorum subscriptio, ut patet ex c. sine exceptione 12. quæst. 2. & c. 1. de his quas sunt à Præl. & ibidem. Innoc. & Host. His non obstante *Can. hujusmodi*. §. quòd si. 10. quæst. 2. Requirente ad talem alienationem comprobationem & subscriptionem duorum vel trium comprovincialium aut vicinorum Episcoporum. utpote qui *Can.* contraria consuetudine seu non usu hominum memoriam excedente abolitus est teste Redoan. apud Wiertner. num. 76.

Quæst. 178. An & cuius superioris consensus ad alienationem faciendam ab Ecclesia, monasterio aut Prælato exempto necessarius?

R Esp. primò: Ad alienationem faciendam, dum ecclesiæ vel monasterium habet quidem suum immediatum Prælatum. V. g. Abbatem vel Præpositum, unà tamen cum illo exemptum est à jurisdictione Ordinarii, seu subiectum immediatè Papæ, si alium sui Ordinis superiorem generalem non habet, alienatio bonorum immobilium aut mobilium pretiosorum sit quidem per illos

N

illos

illos Prælatos cum consensu Capituli aut conventus; hic tamen consensus non sufficit, sed insuper necessarium ad illam alienationem ab iis requirendus consensus seu autoritas Papæ; quippe qui talium Prælatorum exemptorum est immediatus superior, à quo confirmationem accipiunt. *Clem. 1. h. t. juncta Gloss. v. proprii. Abb. ibid. num. 9. Franc. in c. 1. h. t. in 6. num. 23. Suar. de relig. Tom. 4. l. 2. c. 27. num. 15. Pirh. h. t. num. 56. Wiestner. num. 77.* Idem dicendum, si ecclesia exempta non haberet collegium clericorum, sed solum Rectorem suum, pariter exemptum, quod solius Sedis Apostolicæ egeat consensu.

2. Respond. secundò: Quòd si talis ecclesia vel monasterium exemptum cum suo Prælato subjicerentur alicui superiori Ordinis. V. g. Abbati vel Præposito Generali, hujus consensus sufficit inconsulto Pontifice, utpote à quo illis vi privilegii exemptionis, aut confirmationis Ordinis semel pro semper concessa potestas præbendi talem consensum. Cùm enim istiusmodi superiores generales respectu suorum regularium sint loco Episcopi, & in eos exercent jurisdictionem quasi episcopalem, consensus Episcopi seu Ordinarii iis non est necessarius. *Turrecrem. in caus. 12. quest. 2. Franc. loc. cit. Suar. loc. cit. num. 13. Pirh. l. c. Tambur. de jur. Abb. Tom. 1. d. 6. quest. 5. num. 2. Wiestner. h. t. num. 78.* Quò ad istiusmodi tamen regulares spectanda sunt cujusque Ordinis statuta, privilegia, consuetudines, num consensus generalis intervenire debeat, vel sufficiat consensus provincialis, ut monet Suar. *Pirh. LL. cit. Sc.* De Societate Jesu illud constat ex citata paulo supra Const. Gregor. XIII. quod illius solius concedentis immediatè rectoribus localibus potestatem alienandi in eorum nominatione (requirendus tamen deinceps, quoties necessitas seu utilitas alienandi occurrit ad exercendam dictam potestatem) consensus sufficiat etiam inconsulto Pontifice. *Molin. de just. tr. 2. d. 465. num. 13. Pirh. loc. cit. Nihilominus hodie dum Generalibus ordinum & Congregationibus seu Capitulis eorum Generalibus ex decreto S. Congregat. Interp. Concilii Trid. jussu Urbani VIII. edito. 7. Sept. 1624. Adempta facultas bona immobilia & mobilia pretiosa modo, quocumque transfertur dominium eorum, exceptis casibus in jure permissis, alienandi sine expressa ejusdem S. Congregationis licentia in scriptis & gratis concessa sub pœna privationis officiorum omnium & perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non privationis vocis activæ & passivæ ipso facto incurrenda. *Pirh. num. 57. Wiestner. num. 8. remittentes ad Tanner. Tom. 3. d. 4. de just. quest. 7. du. 7. num. 193. vide Compend. privileg. Societatis v. alienatio. ubi §. 4. postquam dictum, ad valorem contractus præter consensum Præpositi Generalis opus non esse confirmatione & approbatione Sedis Apostolicæ pro conclusionem privilegiorum circa alienationem additur in fin. §. 5. habeatur etiam ratio decretorum Apostolicorum Urbani VIII. dat. 7. Septembr. 1624.* De cætero Abbates & Præpositi istiusmodi generales, dum per seipfos alienant res proprii monasterii seu Collegii, necesse habent requirere consensum Sedis Apostolicæ, cum Redoan, Tamb. & communi, ut ait, tenet *Wiestner. num. 79.**

Quest. 179. An & cujus Superioris consensus requiratur ad alienationem faciendam ab Ecclesia, Monasterio, Prælato non exempto?

1. Respond. primò: Præter consensum conventus, si ecclesia talis subjecta sit Episcopo, alterive jurisdictionem quasi episcopalem habenti in territorio, requiritur consensus Episcopi, alteriusve talis Prælati, aut etiam Sede episcopali vacante, Capituli Cathedralis, ejusque Vicarii juxta dicta *q. ante. hanc. 4.* Intelligendum hoc ipsum etiam in specie de Prælato non exempto regulari juxta *c. Abbatibus 12. quest. 2.* ubi etiam requiritur subscriptio Episcopi. Cujus verò Episcopi, an illius, in cujus diœcesi sita est ecclesia vel monasterium, de cujus rebus alienandis agitur: an verò illius, in cujus diœcesi res alienandæ constitutæ, inter AA. controversum est. Nam primò sentit *Bald. in L. si prædium. C. de præd. minor. utriusque Episcopi autoritatem requiri. Secundò Bartol. in L. cit. & L. magis puto. §. 12. ff. de reb. illor. qui sub tutor sunt* (quarum legum prior ad alienationem rei immobilis minoris exigit decretum Judicis loci, in quo ea sita. Altera decretum Judicis domicilii minoris) putat alterutrum Episcopi consensum sufficere, uti etiam sentiunt *Gomez. Tô. 2. var. c. 14. num. 17. Molin. tr. 2. d. 224. num. 29. Brunnem. in L. si prædium. num. 3.* Tertio determinatè consensum Episcopi loci, in quo res sita exigit *Gloss. in Can. in venditionibus. 17. quest. 4. v. eod.* Quarto autoritatem Episcopi, cujus jurisdictioni subest ecclesia vel monasterium, consensum necessarium esse & sufficere, probabilius defendunt cum *Archidiacon. in cit. c. in venditionibus. num. 3. Innoc. & Anchar. in c. pastoralis. Redoan. de reb. eccles. non alien. rub. 30. cas. 1. num. 38. Pirh. h. t. num. 47. Wiestner. num. 74. Muller. in Struv. exercit. 3. ad l. 1. ff. tit. 8. thes. 71.* citans *Tusch. lit. A. concl. 271. num. 67. & concl. 276. num. 8. Federic. de Senis conf. 151.* Ad hunc enim Episcopum tanquam proximum superiorem, sicut de jure spectat ordinatio, confirmatio & benedictio Prælati, cujus res alienanda, ita etiam præstatio consensus in alienationem. *Wiestner. loc. cit. citans Tambur. loc. cit. Tô. 1. d. 6. quest. 2. num. 2.* Item ad illum, cui ex officio incumbit cura, ne ecclesia vel monasterium rerum alienatione dispendium & damnum patiantur, qualis est Episcopus, sub cujus jurisdictione non res alienandæ, sed ecclesia vel monasterium sita sunt. Latum autem est. *Latum autem est. inter decretum Judicis requisitum ad alienationem minoris (à cujus paritate arguunt Bartol. & Bald.) & consensum Episcopi requisitum ad alienationem Prælati ecclesiastici.* Illud enim cognitionem judicalem, quæ competit ratione rei in territorio sitæ, requirit: iste verò ratione ecclesiæ & Prælati alienantis, ut hujus potestas relaxetur, & illius indemnitati prospiciatur, requiritur, quod fieri debet per Episcopum diœcesis, in qua domicilium habet Prælatus, & sita ecclesia. *Porro sicut ad alienationem bonorum talis ecclesiæ inferioris, ita etiam ad transactionem super juribus illius requiritur consensus Episcopi, cui illa subjecta. Arg. c. 2. de transactionibus. ubi ille consensus requi-*

requiritur, ut firma sit composito inter personam ecclesiasticam & laicam super decimis. Laym. in cit. c. 2. num. 1. Pirh. h. t. num. 45. in fine.

2. Resp. secundo: Quamvis, quantum est de rigore juris vi Extrav. *ambitiosa*, præter consensum Episcopi ad alienationem factam à Prælato inferioris ecclesie non exemptæ requiratur consensus Sedis Apostolicæ; de consuetudine tamen, præsertim in Germania & locis ab Urbe remotis, unde difficilis ad Papam accessus, in usu non esse dictam Extravag. saltem quò ad hoc, ut etiam inferiores Prælati Episcopo subiecti teneantur in alienationibus rerum immobilium consensum Papæ requirere, ita ut non sufficiat consensus Episcopi, testantur Zypæ. in *analys. jur. Pontif. tit. 1. c. 2.* Engels. h. t. num. 15. Reifensuel. num. 32. Uti & eandem non esse usu receptam in pluribus locis quò ad reliquum etiam rigorem & quò ad pœnas & censuras suspensionis ac privationis testantur Covar. l. 2. var. resol. c. 16. num. 6. Navar. in man. c. 27. num. 149. & l. 3. cons. 10. h. t. Leif. l. 2. c. 24. & 64. Pirh. h. t. num. 56. & alii apud Quarant. in *summar. Bullar. v. alienatio*, num. 48. de quo tamen enucleatius infra.

3. Respond. tertio: Si Episcopus bona ecclesie secularis Cathedrali inferioris, suæ jurisdictioni subiectæ, non habentis Collegium Clericorum alienet, ipse; seu ita, ut ipse sit alienationis author, eget consensu sui Capituli Cathedralis. Si enim eo eget ad uniendam ecclesiam talem, ut statuitur *Clem. 2. h. t.* Pari ratione egebit illo ad faciendas alias alienationes bonorum talis ecclesie, & ita tenent Gloss. in c. 1. h. t. in 6. v. *tenues*. Franc. *ibidem*. num. 24. Abb. in c. 1. de his que sunt à Prælato. num. 5. Molin. de *just. tr. 2. d. 468. concl. 5. num. 14.* Laym. loc. cit. thes. 33. quos citat & sequitur Pirh. h. t. num. 45. Ille verò consensus Capituli Cathedralis necessarius non est, dum ecclesia inferior habet Collegium aut conventum proprium, & Episcopus ipse non alienat bona illius, sed Rector seu Prælatus illius ecclesie; sufficit enim tunc à tali Rectore fieri alienationem cum consensu Prælati superioris seu Episcopi & Capituli seu conventus proprii. AA. iidem hanc huius disparitatis rationem communiter assignantes, quòd in priori casu, dum nimirum Episcopus ipse alienat bona ecclesie, quæ conventum proprium non habet, merito exigatur consensus Capituli Cathedralis, ne aliàs fortè Episcopo faciliore ad alienandum, talia bona exponantur periculo dissipationis quæ ratio in secundo casu deficit; cum neque Episcopus per seipsum alienet, neque etiam Rector, illius ecclesie deficiat conventus proprius, cujus consensu eget. Quamvis etiam in hoc secundo casu Episcopus similisve Prælatus purum consensum præstans alienationi, quæ fit à Prælato inferiore, spectato jure communi debeat adhibere, saltem Consilium Capituli sui Cathedralis, non secus, ac in aliis magni momenti negotiis. ut Abb. Pirh. *LL. cit.* Laym. loc. cit. thes. 32. Si verò inferior ecclesia illa. V. g. Parochialis, conventum non habeat, solus Rector illius cum autoritate Episcopi alienare poterit. AA. citati. cum juxta Abb. in c. ult. de locato. n. 14. & alios hæc sit regula: quòd Rector Ecclesie non Collegiatæ tantam habeat potestatem in alienan-

R. P. Leurr. *Jur. Can. Lib. III.*

do (cum autoritate Prælati sui superioris) quantam Prælatus Ecclesie Collegiatæ cum suo Capitulo.

4. Respond. quarto: ad alienationem bonorum ecclesie inferioris non exemptæ, subiectæ alicui Prælato. V. g. Abbati pariter non exempto, huius quidem Prælati consensus requiritur, non tamen sufficit, sed insuper necessarius consensus Episcopi, cui subiecta talis ecclesia. V. g. Prioratus. Franc. in c. 1. h. t. in 6. num. 23. Pirh. h. t. num. 48. testans de communi. Siquidem autoritatem præstare alienationibus rerum ecclesiasticarum est actus reservatus Episcopis seu jurisdictionis episcopalis. c. *Abbatibus*, 12. *quest. 2. c. venditionibus*, 17. *quest. 4.* Nisi tamen tales Prælati inferiores habeant dictas ecclesias sibi subiectas, exerceantque in eis jurisdictionem quasi Episcopalem; tunc enim, etsi non sint exempti, possunt præstare consensum in alienatione bonorum cujuscumque talis ecclesie sibi subiectæ cum consensu Rectoris illius, etiam citra consensum Episcopi cui subiecti; cum in illis ecclesiis tales Prælati vices Episcoporum gerant. Gloss. in *Clem. 1. h. t. v. proprii*. Abb. *ibidem*. num. 7. Franc. Pirh. *LL. cit.* Qui tamen Prælati tunc etiam sine consensu sui Capituli autoritatem præstare nequeunt alienationi bonorum talis ecclesie inferioris seu Prioratus, dum is regitur à Priore aliquo absque conventu proprio, & bona illa incorporata sunt ecclesie seu monasterio superiori, quod unà cum dicto Prioratu subiectum isti Prælato superiori; cum is bona monasterii sui alienare nequeat sine consensu sui conventus. Suar. de *relig. Tom. 4. l. 2. c. 27. num. 15.* Laym. loc. cit. thes. 33. Pirh. h. t. num. 50. juxta cit. *Clem. 1. h. t.* quæ constitutio, ut Gloss. *ibidem*, v. *religiosus*. Saltem quò ad pœnam, non concernit seculares. Etsi autem in hoc casu, dum Prælatus aut Prior alienans non habet conventum, vi cit. *Clem.* non requiritur insuper consensus Episcopi; illum tamen adhuc necessarium vi aliorum jurium, cum Gloss. in c. *significasti. de foro comp. v. clerici tamen.* & Laym. in c. *penult. de elect.* num. 7. tradit Pirh. h. t. c. 52. quem vide.

Quest. 180. An ad alienationem Rerum Ecclesie requirendus & necessarius consensus Patroni eiusdem?

Resp. Tamest, quandoque exigere videatur ratio honestatis, quin & incumbens quædam Patrono obligatio attendendi & curandi, ne ecclesia dilapidatione rerum & bonorum suorum damnum patiat, ut ne eo (præcipue dum fundator aut dotator est) inconsulto ad alienationem procedatur; nullatenus tamen de jure ejus in eam consensus requirendus. Quin & ea, dum iusta est causa alienandi, servanturque solennitates juris (inter quas non est ista requisitio consensus patroni) fieri potest, eo non tantum inconsulto, sed etiam invito; cum patronus quæ talis, præsertim laicus, nullatenus bonorum illorum ecclesie, etiam à se semel ei collatorum habeat administrationem juxta c. *noverim*, 10. *quest. 1. c. de rebus*, 12. *quest. 2. c. in canonibus*, 16. *quest. 1.* Trident. *Sess. 24. c. 3. de reform.* Abb. in c. *cum accessissent. de constitut.* num. 5. Felin. *ibidem*, num. 20. Anchar.

char. *confl.* 72. (qui tamen consensum Patroni ecclesiastici necessarium censet, negantibus id ipsum aliis) Lambertin. *de jure patron.* l. 3. *quæst.* 2. a. 7. num. 2. Laym. *loc. cit. thes.* 51. & 58. Pirh. *h. t. num.* 61. Nisi forte bona illa non absolute, sed in feudum fuissent donata ecclesie à Patrono seculari. Tunc enim sine ejus tanquam domini directi consensu alienari non poterunt; dum non minus ecclesia quam laicus quo ad bona & jura feudalia subjiatur, domino directo, etiam laico juxta *c. transmissa* & *c. verum. de foro comp.* Laym. Pirh. *LL. cit.* cum communi. Vel nisi fundator aut donator bona illa donasset cum ea conditione acceptata, ut non alienentur, sine suo consensu; tunc enim sine ejus consensu alienari non possunt; cum dicta conditio; utpote non repugnans SS. Canonibus servari debeat. *c. cum dilecti. de donat. c. verum. de condit. apposit.* Lambert. *loc. cit. n. 1.* Rosenthal. *de feudis. c. 4. concl.* 19 num. 14. Laym. Pirh. *LL. cit.* Wiestner. *h. t. num.* 84. Contrarium, nimirum non obstante tali conditione acceptata, posse adhuc ex justis à jure permissis causis & servatis debitis solemnitatibus alienari illa bona; eò quòd dicta conditio veluti turpis, & repugnans utilitati ecclesie pro non adjecta habenda, tanquam probabilius tenente Azor. l. 9. c. 2. *quæst.* 9. apud Pirh. *h. t. n. 62.* qui etiam ipse addit idem dicendum, si ecclesie donata sint bona, eà adjecta pena, ut, si alienentur, amittantur; eò quòd ista conditio sic solum intelligenda: si alienentur extra legitimas causas, & sine præscripta forma juris. Quòd si etiam ea super adjecta conditio; ut nisi servetur dicta conditio, revocari possit donatio, rem alienatam ipso facto cadere in commissum, ita ut fundator ejusve hæredes propria autoritate rerum illarum possessionem ingredi possint, quamvis decentius sit, ut illam occupent autoritate Judicis. Si autem id expressum non sit, non posse revocari donationem, sed agendum ad servandam conditionem docet. Laym. *thes.* 51.

Quæst. 181. *An & qualiter ad alienationem rerum ecclesiasticarum requirendus consensus Principis secularis loci, in quo res illæ sitæ?*

R Esp. Consensus ille quandoque necessarius est, non necessitate hac inducta per potestatem sæcularem, sed per consuetudinem fundatam in potestate ecclesiastica. Quòd ipsum declaratur & probatur. Princeps siquidem seu Magistratus sæcularis statuto suo id efficere nequit, prohibendo directe clericis, ne res ecclesiasticas sitas in suo territorio alienent sine suo consensu; aut etiam indirectè, prohibendo laicis, ne rem quampiam pertinentem ad ecclesiam emant, aut donatam ab ea acceptent, ut sumitur ex *c. ult. de immunit. ecclies.* in 6. implicat enim hoc ipsum usurpationem aliquam jurisdictionis in causas & res ecclesiasticas, repugnatque libertati ecclesiasticæ dum hac ratione prohibentur & impediuntur Prælati Ecclesie exercere concessam sibi à Jure Canonico potestatem, nimirum alienandi, adhibitis præscriptis juris solemnitatibus, bona ecclesie, dum ita necessitas aut utilitas illius exigit; adeoque statutum tale, non valet. Quin & Constitutiones Imperatoris Justi-

niani circa formam observandam in alienationibus rerum ecclesiasticarum in Corpus Juris Civilis relatæ nullam per se & sùapte naturâ vim obligandi habent; cum laici de rebus ecclesiasticis (intellige, non tantum per se & intrinsecè spiritualibus, sed etiam de secundum se temporalibus, annexis tamen juri spirituali, ministerio & titulo beneficiorum; imò de bonis merè temporalibus ecclesie) disponendi nulla sit potestas. Arg. *c. ult. h. t.* Abb. *ibid. num.* 5. Pirh. *h. t. num.* 30. Potest tamen per consuetudinem diuturnam & immemorabilem induci, accedente patientia & licentia Prælatorum ecclesiasticorum, ut etiam consensus Principis secularis in alienationibus rerum ecclesiasticarum requiri debeat, ut cum Laym. *loc. cit. thes.* 52. Pirh. *h. t. num.* 63. Ac ita etiam leges & constitutiones civiles vim obligandi etiam clericos habent per hoc, quòd à Pontificibus in Corpus Juris Canonici redactæ ac veluti canonizate, vel per consuetudinem diuturnam ecclesiasticam sint approbate. AA. *idem.*

Quæst. 182. *Consensus Papæ ad alienationes rerum ecclesiasticas validas an sit necessarius?*

R Esp. primò: Præter plura de hac sparsim dicta in antecedentibus, olim seu jure antiquo in alienatione bonorum Ecclesie Cathedralis requirendum consensum Sedis Apostolicæ, non ut ea valida esset (cum nullo jure antiquo irritetur) sed ut licita esset, testatur Delb. *c. 17. du. 6. f. 1.* citatis Abb. *in c. 1. de his que sunt à Præl.* Molin. *de just. tr. 2. d. 467. num.* 8. & 16. Ricc. *decis.* 11. & 46. & aliis. Spectato jure novo, nimirum famose illius *Extrav. ambitiosæ. unica h. t. inter comm.* in locis, ubi ea recepta, requiritur consensus Apostolicus ad alienationes (comprehendendo omnia pacta & alienationis species, quibus rei immobilis aut mobilis pretiosæ dominium directum vel utile, usufructus, jus in re in alium transfertur) non tantum licitam, sed & validam bonorum non tantum Ecclesie Cathedralis, sed & cujuscunque alterius ecclesie & loci pii. Et hæc sine illo, etiam facta cum causa & cæteris solemnitatibus, est ipso jure nulla. Fagn. *in c. nulli. h. t. num.* 12. Quarant. *v. alienatio. num.* 5. Barbof. *de potest. Epif. p. 3. alleg.* 95. num. 66. & DD. communiter. Uti hæc omnia in ipso textu hujus *Extrav.* exprimuntur. Atque ita in ea comprehendi alienationes omnes, etiam quæ fiunt ex justa causa, & cum aliis solemnitatibus, ut Quar. *loc. cit.* Genuens. *in pr. Curia Archiep. Neapol. c. 85. num.* 2. Tambur. *de jur. Abb. d. 13. quæst.* 9. num. 1. Donat. *pr. regul. To. 1. p. 2. tr. 14. quæst.* 23. num. 1. Fagn. *loc. cit. num.* 13. & 14. Pirh. *h. t. num.* 54. Wiestner. num. 101. Sic observantia, stylo & praxi Curie Romanæ receptum testantes. Neque contrarium, nimirum, quòd alienationes ex justa causa & cum debitis solemnitatibus factæ inconsulto Papâ, non prohibeantur per dictam *Extrav.* ex eo deducitur, quòd in ea expressè excipiuntur alienationes jure permissæ, quales sunt omnes, quæ fiunt ex justa causa & cum debitis solemnitatibus. Nam verba illa: *præterquam in casibus à jure permissis*: restringenda sunt ad verba immediate præcedentia, nimirum ad locationem

& contractum emphyteuticum. Quorum illa jure permiffa in casu, si fiat infra triennium; ille vero, si fiat de bonis ab antiquo solitis dari in feudum vel emphyteusin; adeoque tunc fieri possunt inconsulto Papa non vero extendenda sunt ad alios contractus, seu alias alienationis species in precedentibus expressas quasi & hæc ex justa causa & cum solennitatibus fieri possent inconsulto Papâ, pro ut sentiunt Abb. Nav. Rebuff ne alioquin hæc Extrav. nihil novi operaretur, quod juribus antecedentibus non concessum; cum tamen Papa per eam, ut constat ex proœmii illius tenore, intenderit indemnitati ecclesiarum ulterius & efficacius consulere, reservando nimirum sibi suisque successoribus imposterum justâ causâ ad canonicam alienationem requisitâ cognitionem ultra alias solennitates, quibus per anteriora jura præceptis, videbat à Prælatibus & Rectoribus alienando adhuc plura inferri damna.

Quæst. 183. An igitur ad valorem alienationis post dictam Extrav. præter consensum Apostolicum necessariæ adhuc sint ceteræ solennitates juris & justa causa?

1. **R**esp. ad primum: indubitatum est, licentiam alienandi res ecclesiasticas à Papa concessam (modò non sit subrepticè obventa, & absoluta, non conditionata, ex certa scientia seu notitiâ super re alienanda & causis alienatis data) sufficere seu supplere omnes alias solennitates, si Papa vellet, cum solennitates istæ sint juris positivi, in quo Papa potest dispensare; habetque potestatem disponendi de bonis ecclesiarum, tanquam supremus eorum administrator. Delb. *cit. du. 6. f. 1. num. 7.* citatis Ruino *conf. 157.* Riccio, Soprano. Quin & de facto & absolute ob tento consensu & confirmatione Sedis Apostolicæ, nullas alias solennitates, excepto consensu Capituli, esse necessarias; & in specie suppleri per consensum Apostolicum, requisitum aliàs tractatum capitularem, & consensum cujuscunque alterius superioris (cum idem operetur rescriptum & auctoritas Principis, quod operatur interventus & decretum inferioris, ut Bald. *in l. illud. C. quando decret.* & ut idem ait in *summa loc. cit.* habens verbum superioris, non eget verbo inferioris) docent Quarant. *loc. cit. num. 7.* Pirh. *h. t. num. 55.* Wiestn. *num. 110.* qui etiam ob eandem rationem, citatis pro hoc aliis, asserit suppleri quoque per consensum Apostolicum subscriptionem & consensum capitularem si licentia hæc sit ex certa scientia & absoluta; secus, si sit conditionata, sive cum clausula: *si ita sit!* tunc enim non supplendas solennitates, ac præsertim consensum capitularem, & consequenter tunc factam sine solennitatibus alienationem fore invalidam.

2. Resp. Ad secundum: non tamen consensus Apostolicus supplet defectum causæ; cum ea etiam in *cit. Extrav.* expressè requiratur; & Papa semper consensum præter sub conditione: si alienatio sit in evidentem utilitatem ecclesiæ; adeò ut, si hoc non exprimat, semper subintelligatur. Delb.

cit. du. 6. f. 1. num. 8. citans Rotam. *p. 2. diversar. decis. 178. n. 2.* Quar. *n. 7.* Redoan. *l. c. q. 22. num. 75.*

Quæst. 184. An & qualiter alienare queat sine consensu Papæ, qui juravit, se sine eo non alienaturum?

Resp. non convenire in hoc AA, nam negant idipsum, ita ut alienans in hoc casu sit perjurus quin & alienatio, ubi recepta Extrav. sit invalida. Abb. *in c. ut super. h. t. num. 16.* Navar. *in tr. de reb. eccl. non alien. à. num. 12.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 1. quæst. 9.* Laym. *l. 3. tr. 4. c. 10. num. 10.* quos citat & sequitur Pirh. *h. t. 1. num. 57.* Atque ita Episcopos aliósque Prælatos, qui confirmantur à Papa, non posse alienare bona ecclesiastica, etiam in casu aliàs licito & servatis solennitatibus, ob juramentum, quod præstare solent in consecratione sua, se non alienaturos quovis modo, etiam cum consensu Capituli sui, inconsulto Papa. AA. hujus sententiæ hoc nituntur fundamento; quòd juramentum hoc, utpote de re licita sit servandum; & nisi extenderet se ad alienationes aliòquin licitas, nimirum ex justa causâ, & servatâ formâ juris factas, ut & hæc ipsa cautius & consultius fiant, nihil operaretur; cum aliæ alienationes illicitæ fieri non debeant, etiam consulto Papâ. Excipiuntur nihilominus ab his quoque AA. alienationes non tantum rerum modicarum, aut etiam majoris momenti, in quibus magna necessitas non concedit moram recurring ad Papam; sed etiam alias vi *Extrav. ambit.* fieri permittas sine consensu Papæ, puta, ad emphyteusin rerum solitarum dari in emphyteusin, & consequenter etiam ad infeudationem rerum solitarum concedi in feudum; cum decisiones loquentes de emphyteusi comprehendant & feuda, & è converso. Affirmant è contra Riccius, Redoan. Donatus, quos citat & sequitur Wiestn. *h. t. num. 47.* nimirum non obstante tali juramento, posse adhuc fieri alienationem; eò quòd dictum juramentum extendat se solum ad casus, in quibus aliàs consensus Apostolicus exigitur de jure; non vero ad illos quoque, in quibus citra dictum consensum, independenter etiam ab *Extrav. ambit.* nimirum in locis, in quibus ea recepta non est, licita & permiffa alienatio, qualis est, dum sit ex legitima causâ, servatis ceteris juris solennitatibus. Cujus ulteriorem hi AA. dant rationem. Quòd licet istiusmodi Prælati juramentum dictum emittentes extendere potuerunt etiam ad alienationes de cætero legitimas seu à jure permittas, in dubio tamen sic extensum non præsumatur; cum in dubio in partem mitiorem & juranti favorabiliorem sit interpretandum, ut tradunt apud Wiestn. *num. 48.* Archid. *in c. ne quis. 22. quæst. 2.* Abb. *in c. ut super. h. t. num. 15.* Sylv. *v. juramentum. 3. quæst. 3.* Sanch. *l. 3. moral. c. 17. num. 20.* Suar. *de jurament. l. 2. c. 32. num. 2.* Laym. *th. mor. l. 4. tr. 3. c. 9. num. 1.* Ec. ea ducti ratione; quod cum hominem præditum libertate determinate ad aliquid faciendum vel omittendum astringi sit odiosum & grave, stricta interpretatio sit præferenda. Neque latam juramenti interpretationem exigat favor religionis, sed solum, ut factum conformetur dicto; quin potius benignior interpretatio faveat religioni

gioni, dum sic facilius observetur, & jurans remotior fiat à periculo periculi.

Quest. 185. Consensus Apostolicus in alienationes qualiter concedi soleat?

REsp. juxta modernam praxin concedi non solet, nisi præmissa delegatione aliquorum in dignitate constitutorum, quibus committitur, ut si ipsis de utilitate alienationis constiterit, assensum nomine Pontificis præstent; sin minus, denegent. Delb. c. 17. du. 9. in difficult. resol. num. 31. citato Barbol. de potest. Epif. p. 3. alleg. 95. n. 66. Ricc. in pr. Decif. 94. edit. 1. Wiestn. h. t. num. 108.

§. Tertius de alienationis revocatione, rerum alienatarum repetitione, & pœnis malè alienantium.

Quest. 186. An & qualiter Ecclesia possit agere contra Prælatum, qui res illius malè alienavit?

REsp. Competit ecclesiæ actio personalis contra Prælatum seu Rectorem quemcumque, qui res illius malè, hoc est illegitimè, nimirum citra sufficientem causam necessitatis aut utilitatis, vel sine solennitate canonica, adeoque invalidè alienavit, dum ex tali alienatione attentata læsa est, ut damnum illatum resarciat; vel de proprio, si quod habet, patrimonio, vel rem alienatam recuperando *Can. monemus. 12. quest. 2. & Arg. l. 3. C. si Tutor vel curat. interven. æquiparatur* liquidem ecclesiæ respectu rectoris sui pupillo & minori. c. 1. & c. auditis. de in integ. restit. Laym. loc. cit. thes. 7. quorum res si tutor vel curator malè distraxit aut administravit, contra eos pupillus & minor actionem habent ad omnis damni sibi illati resarcitionem juxta *cit. l. 3.* transitque hæc actio personalis ecclesiæ ad rectoris malè alienantis hæredes, si quos habet; tenenturque hi ecclesiam servare indemnem, non secus ac Rector illius defunctus. c. 3. de pignor. Abb. *ibidem* num. 3. Laym. num. 2. Pirh. h. t. num. 69. Cessat tamen hæc actio personalis & Rector aut ejus hæredes desuper amplius conveniri nequeunt ad interesse, ubi ecclesiæ rem suam malè alienatam recuperavit à possessore illius. l. 1. §. si plures. ff. de eo, per quem factum fuerit. Cum enim bona fides non patiatur, ut idem bis exigatur. Juxta *reg. § 2. in ff. ecclesiæ jam consecuta suum interesse, non potest amplius ad illud consequendum agere dicta actio* ne personali. Non prohibetur tamen agere ulterius criminaliter contra malè alienantem, accusando illum in ordine ad penam, seu satisfactionem pro injuria sibi illata. Gloss. in *cit. c. monemus. v. reddere.* Abb. in *c. si quis. h. t. num. 10.* Laym. *ibid.* num. 5. & de reb. non alien. thes. 38. Pirh. loc. cit.

Quest. 187. An & qualiter competat Ecclesiæ actio contra possessorem rei malè alienatæ?

REsp. competit quoque ei actio prosecutória rei seu in rem contra possessorem rei alienatæ. c. Apostolicos 12. quest. 2. & Arg. *cit. l. 3. & l. fin. C. eod.* estque in ejus electione, num hunc potius quam malè alienantem velit convenire. Ita etiam, ut postquam hunc frustra convenit, hoc ipsum non præjudicet illi, quò minus adhuc convenire possit possessorem. Gloss. in *e. ex presentium. de pignor. v. necessitate.* juxta *cit. l. fin.* cum sola solutio seu recuperatio rei alienatæ silentium imponat, nempe ecclesiæ damnificatæ. Atque ita possessor, seu is, ad quem res malè alienata transit, utpote in quem vi talis alienationis attentatæ & ipso jure irritæ dominium nullum aut jus translatum tenetur & compelli potest ad rem ipsam cum omnibus fructibus (res enim fructificat domino suo) restituendam. c. si quis presbyterorum. h. t. §. fin. l. jubemus. & Auth. qui res C. de SS. eccles. Covar. l. 1. var. c. 3. Valq. de reit. c. 2. §. 2. du. 15. Molin. *cit. d. 468.* Bonacin. d. 3. de contract. feudi quest. 8. p. 4. num. 12. Delb. de immun. eccl. c. 17. du. 21. §. 2. num. 2. deductis tamen, ut idem, expensis in foro externo, ita ut etiam, si mala fide seu sciens alienationem illegitimè factam, eam recepit, amittat melioramenta l. jubemus. §. sane C. de SS. eccles. c. non licet. 12. quest. 2. Abb. in *cit. c. si quis. num. 1. & 6.* Pirh. h. t. n. 70. Reiffenst. num. 63. neque etiam ab alienante repetere possit pretium, quod in eo casu acquiritur ecclesiæ læsæ in penam commissi delicti ab emente. *cit. l. jubemus.* Molin. Bonac. Delb. Pirh. Reiffenst. LL. *cit.* nisi forte emptor etiam malè fidei prius convenerit cum venditore de præstanda evictione. Abb. in *cit. c. si quis. num. 13.* Sylv. v. alienatio quest. 14. Molin. *cit. quest. 468. concl. 6. n. 16.* Laym. *th. mor. l. 3. tr. 4. c. 10. num. 4.* in fin. quos citat & sequitur Pirh. *loc. cit.* quin & tenetur emptor malè fidei compensare damnum (intellige, quod præter alienationem rei illatum ecclesiæ) utpote cujus ob malam fidem censetur causa fuisse Abb. Molin. Bonac. Delb. LL. *cit.* Less. l. 2. c. 24. du. 10. num. 66. contra Quarant. Sarmient &c. Si verò emptor bona fide emit, poterit agere contra Prælatum ad recuperandum pretium. Et sic in specie conductor bonæ fidei potest agere contra illegitimè elocantem, etiam non reddito pretio, ad restituendas pensiones solutas, & locator ad id compelli juxta *c. ad audientiam h. t. Pirh. num. 72.* agere tamen non potest contra ecclesiam, nisi in defectum, ubi nimirum Prælatus malè alienans non esset solvendo ex propriis. Tunc enim repetere potest ab ecclesiæ, in quantum ea exinde facta est locupletior cum juxta *l. nam hoc ff. de condict. indebiti.* æquitas non permittat, fieri aliquem ditioem cum damno alterius; & ea tenetur illud restituere. Molin. Valq. Bonac. Sylv. Abb. LL. *cit.* Delbene, num. 5. qui etiam dicunt, quòd, si ecclesiæ pretium retineat, vel etiam facta sit ditior ex tali contractu, posse emptorem bonæ fidei rem ecclesiæ aut ejus fructus retinere titulo recompensationis pretii sibi restituendi, donec

nec illud sibi restituatur Pich. loc. cit. sed neque emptorem bonae fidei habere actionem contra venditorem ad recuperandum pretium, si ei ex fructibus interea perceptis fuisset jam satisfactum, asserit Reiffenst. cit. num. 63. citans c. ad nostram h. t. junctâ Gl. v. sufficere.

Quest. 188. A Quo revocanda alienatio & alienata repetenda?

1. Resp. primò : alienatio illegitimè facta revocari & alienata repeti potest & debet primò ab alienante, quamdiu non est amotus ab administratione seu officio. pro ut AA. communiter sumunt ex c. si quis. h. t. junctâ Gloss. v. prospexerit & v. alienator. Nec obstat primò, quòd contra proprium factum non possit quis venire juxta l. cum à matre C. de rei vindicat. c. quod super. de concess. prab. junctâ Gloss. v. posse. quòdque allegans propriam turpitudinem non audiatur, juxta c. cum inter dilectos. de donat. cum textus hi & similes suas patiantur exceptiones & fallentias passim notorias & hic locum habentes. Quales sunt; nisi actus sit malè gestus & ipso jure nullus. Redon. de reb. eccl. non alien. rub. 33. q. 22. Zoës. h. t. n. 4. Engels. n. 17. Wiestn. n. 125. Item si non agatur nomine & pro commo proprio, sed alieno, præsertim Ecclesie & Reip. cujus res malè gesta est. Verall. decis. 170. n. 8. Pet. Barbos. in l. 1. ff. soluto matrim. p. 5. num. 15. Bartol. in l. si minori. C. de jure fisci. Item si veretur periculum animæ; V. g. Prælati malè alienantis. Tunc enim etiam propriam turpitudinem allegare licet. c. consanguines. de sent. & re judic. Gloss. in cit. c. inter dilectos. v. turpitudinem. Tusch. v. turpindo. concl. 404. a. num. 58. Pich. h. t. num. 75. qui idem dicit, dum turpitudò allegata seu delictum notoriè elidit jus agentis. Neque secundò allegari potest, quòd tales Prælati saltem Episcopo inferiores, cum alienando illegitimè res ecclesiasticas ipso jure & facto vi Extravag. ambitiose priventur suis officiis & administratione, vel ob hunc ipsum defectum potestatis videantur deinceps revocare non posse factam à se alienationem, & allegata repetere. Nam quidquid sit de hoc, num dicta Extravag. quòd ad hanc penam privationis ubique recepta sit; quamdiu ab administratione remoti non sunt, sed in ea tolerantur, sicut plura alia per eos gesta valent, sic etiam poterunt adhuc alienationes nulliter à se factas validè revocare, & alienata repetere, adeoque ad hoc tenentur. Gl. in c. si quis. h. t. v. prospexerint. Redoan. l. c. §. Et re ita. num. 5. Wiestn. h. t. n. 127. & quidem ex justitia, ut Pich. h. t. num. 66. & ante omnes alios, seu etiam, dum sunt alii, à quibus ista revocatio efficaciter fieri posset. Ac proinde neque tertio obstat, etiam si jurassent se non revocaturos aut repetituos. Gl. in cit. c. si quis. v. alienator. Abb. ibidem num. 7. Pich. loc. cit. & alii communiter, cum tale juramentum non fuerit obligatorium, quippe quod esse nequit vinculum iniquitatis & injustitiæ, c. quanto. de jurejur. & reg. juris § 8. in 6. adeoque si qui textus juris requirere videantur absolutionem à tali juramento, ut talis alienationem revocare possit, id non accipiendum de necessitate absolutionis dissolutivæ vinculi, sed ad summum de absolutione interpretativa & declaratoria nullitatis. ut cum Gloss. fin. in c. pervenit. de jurejur. Guttier. de juram. p.

1. c. 1. n. 9. Suar. de juram. l. 2. c. 15. n. 8. Sanch. l. 3. mor. c. 9. n. 13. Quamvis tamen in hoc casu consultius & honestius ad vitandum scandalum fieri dictam revocationem pro Prælato alienante per alium, qui non juravit, & cujus aliquo modo interest; v. g. Capitulum, dicant cum Laym. loc. cit. thes. 39. Pich. l. c. Wiestn. n. 130.

2. Resp. Secundò : dum alienatio illegitima revocata non est aut revocata ineffaciter seu sine effectu, potest ac debet ea revocari ab ejus successore. c. Episcopi. c. ad audiendam h. t. idque etiam si is propter nullitatem promotionis suæ esset tantum existimatus. Arg. l. Barbarius. ff. de off. prator. item etiam si is eam à prædecessore factam confirmaverit. Pich. h. t. num. 66. citato Rosenthal. tr. de feud. c. 4. concl. 40. addita ratione quòd cum hæc confirmatio solum sit in forma communi, nullum valorem tribuere possit actui ipso jure invalido juxta c. 1. de confirm. nil. vel inutili. Quòd si tamen Successor, subsistente causâ, omittas ab antecessore solemnitates adhibuisset seu supplevisset, non poterit revocare alienationem, utpote jam primò à se validè factam.

3. Resp. Tertio : potest quoque alienatio talis revocari à Capitulo, non tantum vacante Sede, utpote quod Prælato alienanti defuncto in administratione succedit, resque ab eo malè gestas corrigere potest; sed etiam Sede plena; quia & ejus, & quidem immediatè interest eam revocari, & bona alienata ad eam reverti. cit. c. si quis Wiestn. h. t. num. 130. Quin etiam, ubi Capitulum scienter alienationi inutili consensit vel subscripsit, adeoque se reddidit ejusdem criminis & injustitiæ consortem, juxta Gloss. in c. si quis. h. t. v. subscripsit. & Gloss. in l. jubemus. v. imò ait. Pich. h. t. num. 65. Prælato nolente aut negligente eam revocare, tenetur eam ex justitia revocare, aut agere apud superiorem ad ejus revocationem.

4. Resp. Quarto : potest quoque Superior Prælati alienantis, qui consensum & auctoritatem præstitit alienationi, intelligi, non solum, ubi scienter, non satis examinata causâ, sed etiam ubi alienans ejus consensum requirere omisit, eam revocare, & alienata repetere. cit. c. si quis. Pich. num. 77. cum communi.

5. Resp. Quintò : his omnibus, qui ex officio alienationes revocare, & malè alienata repetere debent, deficientibus, potest quilibet de clero agere ad restitutionem rei illegitimè alienatæ juxta cit. c. si quis in fine dum ibi statuitur, quòd quibuscunque personis ecclesiasticis liceat se tali alienationi opponere, & res alienatas cum fructibus, implorata auctoritate, ecclesiastica repossidere. Quòd quanquam primariò intelligendum de clericis ejusdem ecclesie cujus res alienatæ, utpote quorum proximè interest, ut cum Gloss. in c. si quis v. personis. Pich. h. t. num. 77. his tamen id negligentibus, etiam competit clericis extraneis, quippe pertinens ad bonum & jus publicum ecclesie. Ubi autem agitur de jure publico, quilibet admittitur ad agendum juxta c. imprimis. 2. quæst. 1. & Gloss. in c. penult. dist. 1. v. jus publicum. ubi ait : qui lædit sacerdotes, & res sacras violat, ab omnibus tanquam de crimine publico potest accusari. Et ita cum Abb. in cit. c. si quis h. t. n. 9. Laym. loc. cit. thes. 40. Pich. loc. cit. Quinimo competit id ipsum Parochianis laicis, hique

hique admittuntur ad repetendas res ecclesie Parochialis; cum eorum quoque interfit, ne eorum ecclesia parochialis vergat ad inopiam. Gloss. *cu. in c. si quis. v. personis.* Abb. *ibidem num. 8.* Pirh. *loc. cit.* unde etiam sine literis de rato & mandato agere possunt pro bonis & juribus dictae ecclesie. Gloss. *in cit. c. v. alienata in fine.* Pirh. *cit. num. 77.* Praeter ceteris autem id competit patronis laicis illius Ecclesie, ut cum Bartol. *in l. jubemus C. de SS. eccles.* Redoan. *loc. cit. rub. 33. quest. 22. §. sed deinde num. 10.* apud Wiestn. *h. t. num. 132.* tum quia juxta *Can. statutum.* 16. *quest. 1. Can. discernimus. ibid. quest. 7.* & Gloss. *in c. nobis. de ju-rep. v. modeste.* obligationem habent defendendi ecclesias a se & antecessoribus suis fundatas vel dotatas, ne dotes & bona earum male alienata dilapidentur: tum quia hoc ipso creatur iis praedictum grave, dum diminutis ecclesiarum & beneficiorum redditibus per istiusmodi alienationes & distractiones difficilius reperiuntur idonei earum rectores ab iis praesentandi, ut apud Wiestn. *Castrop. tr. 13. d. 1. p. 1. §. 2. num. 6.*

Quest. 189. An & qualiter a Papa revocari possit aut debeat alienatio rerum ecclesiasticarum ab ipso ejusve antecessore facta?

Resp. sicut Papa potest ex justa causa res ecclesie alienare, ita eas factas a se aut praedecessore suo potest ex justa causa, puta, boni publici Ecclesie revocare & irritare, non minus quam Princeps secularis ad exigentiam boni publici potest contractus a se factos rescindere. Delb. *de imm. eccl. c. 17. du. 18. num. 11. & 12.* Quin & ad hoc tenetur Papa ex officio, si advertat tales alienationes factas a se vel antecessoribus in Ecclesie detrimentum, quod alia via reparare non potest. Delb. *loc. cit. num. 13 & seq.* Neque his obstat, quod Princeps etiam Papa de jure naturali & divino teneatur stare contractui. Nam id verum est, quamdiu adest justa causa standi eidem; non vero, ubi haec deficit, & emergit causa resiliendi, nimirum vergens in detrimentum boni publici. Idem *num. 18.* remittens ad *l. c. 5. du. 1. §. 2. & du. 14. §. 12.* neque etiam ex eo talis revocatio impugnari potest, quod par in parem, adeoque unus Pontifex in alium Pontificem non habeat imperium. Nam Papa revocando alienationes factas a praedecessoribus suis, non exercet in eos imperium; sed in materiam sibi subjectam, sicut confessarius commutando poenitentiam impositam ab alio confessario, etiam superiore, idem *num. 19.*

Quest. 190. An & qualiter repentibus bona male alienata opponi possit exceptio translationis eorum in locum pium, aut exceptio defectus domini in repeteute, vel etiam praescriptio eorum?

1. Resp. ad primum: quod minus revocari possit alienatio, aut bona alienata restituenda sint, non obstat, quod ea translata sint in locum pium, aut applicata causae pie; cum adhuc talis alienatio facta sine causa efficiente aut debitis solemnitatibus fuerit invalida, & maneat irrita, adeoque revocationi & bona alienata repetitioni obnoxia.

2. Resp. ad secundum: neque, quod minus alienatio perperam facta revocari possit, resque repeteute restitui debeat, obstat exceptio seu defectus domini objectus repeteute; cum satis sit ad hoc probare, resillas, quae repeteuntur, fuisse in bonis ecclesie, seu ab ea possessas, & illegitime seu contra SS. Canonum praescriptum fuisse per Praelatum alienatas. Arg. *c. etsi illi. 12. quest. 2. & c. Episc. h. t. Berojus in idem c. num. 4.* Pirh. *h. t. num. 65.* Wiestn. 35. cum enim saepe valide difficile sit probare dominium seu proprietatem rei juxta *c. saepe. de restit. spol.* cedere idipsum saepe posset in grava praedictum & damnum ecclesie, si res male alienata ei restituenda non esset, nisi prius probato ejus dominio. Abb. *in c. Episcopi. num. 1.* Laym. *d. de reb. eccl. non alien. Thef. 38.* Pirh. *cit. num. 38. in fine.* Ac proinde per recuperationem rerum male alienatarum non tam agendum Ecclesie rei vindicatione; cum vindicanti incumbat probatio domini, & non sufficiat probatio possessionis habitae juxta *l. is qui ff. de R. V.* quam remedio possessorio, seu interdicto unde vi, ad quod sufficit probare possessionem rei ablatae, moment AA. cui monitioni non obstat, quod agenti hoc remedio opus sit praeter possessionem habitam etiam probare spoliationem seu agentem possessione dejectum, ut constat *ex c. consultationibus. de off. deleg. & Gloss. ibidem v. possessorum.* Nam eo ipso quod res ab Ecclesia possessa sine juris solemnitatibus ab ea citra illius culpam distracta seu alienata in alium transierit, possessione dejecta, & is, in quem res translata, spoliator censetur, ut eum Beroio. *l. c. sed ideo.* Redoan. *l. c. §. sed inde num. 8.* Wiestn. *h. t. num. 136.*

3. Resp. Ad tertium quamvis a possessore male fidei (qualis est, qui res ecclesie sine justa causa aut sine solemnitatibus alienatas ad se pervenisse novit) repeteute eas opponi nequeat praescriptio, utpote quae nullo unquam tempore cum tali scientia praescribi potuerunt. Opponi tamen potest praescriptio quadragenaria a possessore bona fidei seu juste ignorante, eas aliquando fuisse in bonis ecclesie, vel non subsistente causa, vel omittis solemnitatibus sibi aut suis praedecessoribus venditas vel donatas Communis liquidum & utroque jure, nempe *c. de quarta. c. ad aures. c. illud. de praescript. Anst. quas actiones C. de SS. eccl. & Novell. 131. c. 6.* ejusque interpretum, puta, Molin. *de just. tr. 2. d. 78. n. 1.* Covar. *in reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 3.* Less. *de just. l. 3. c. 6. n. 26.* Barbof. *jur. eccl. l. 2. c. 38. n. 16.* aliorumque autoritate passim firmata sententia habet; bona ecclesie contra eandem, si Romana est inferior, spatio 40. annorum, si Romana est centum annis (quod privilegium quibusdam Monasteriis, aut etiam religiosorum Ordinibus a variis Pontificibus communicatum testantur Barbof. *in c. cum vobis. de praescript. num. 3.* Donat. *in pr. regular. Tom. 1. p. 2. tr. 10. quest. 10.* apud Wiestn. *n. 139.* & alii) legitime praescribi, adeoque vere & irrevocabiter transferri eorum dominium. His non obstante *c. hoc consultiissimo. h. t. in 6.* alienationibus rerum ecclesiasticarum, male factis ita vires adimentis, ut jus nullum nullamque etiam praescribendi causam pariant. Praeterquam enim, quod dispositionem hujus cap. aliqui AA. procedere velint de eo tantum possessore qui juris solemnitates omittas ad valorem contractus necessarias ignoravit, eo quod censent ignorantiam juris manifesti non sufficere ad bonam fidem, adeo-

adeoque nec ad præscriptionem fundandam. Quod, cum negent alii quò ad præscriptionem tricennalem vel quadragenariam, dum ea titulum non exigat; melius respondere videntur, citatum *Cap.* procedere tantum in casu speciali, quo ecclesiarum Prælati & Rectores ecclesias earumque bona immobilia & jura laicis submitunt, eosque ecclesiarum rerum & jurium advocatos & defensores constituunt, & tanquam dominos & superiores recognoscunt sine speciali Sedis Apostolica licentia. Contra quod cit. C. iis specialiter prohibentur, irritatis etiam omnino eorum desuper factis contractibus, etiam juramento firmatis, ex ea iustissima ratione, ut cum Gloss. *ibidem v. speciali.* Archid. *ibid. num. 2.* Franc. § *contractus. num. 4.* Pirh. *h. t. num. 60.* Wiestner. *num. 141.* Quod istiusmodi submissio non solum habeat speciem alienationis; sed & sit servitus, quædam, adeoque Ecclesie periculosior, & in qua cautius agendum, utpote libertatem ecclesie subvertens, exponendo eam laicorum vexationibus & oppressionibus. Atque ita per dispositionem hujus *Cap.* vis omnis præscriptionis in his contractibus fundatæ impeditur. Neque etiam his obstanti constitutione Pauli IV. quæ incipit: *injunctum: edita 1555. idibus Julii.* per quam absolute negatur repetitioni rerum male alienatarum opponi posse exceptionem præscriptionis. Siquidem ea ab illius Successore Pio IV. redacta ad terminos juris communis per constitutionem ab eo editam 1569. *qua incipit: provida.* Neque denique obstante, quòd vel ipsa præscriptio talis, utpote translativa domini sit alienationis species. Nam non omnis alienatio rerum ecclesie prohibita; sed ea, quæ caret solennitatibus requisitis, veluti certam formam præscripta ad sui valorem, qualis non est, seu forma sua præscripta legitima & canonica non caret præscriptio bona fide per annos 40. continuata, adeoque vim canonice alienationis habet. Bald. apud Redoan. *l. c. rub. I. c. 3. n. 13.* teste Wiestner. *cit. n. 141. in fine.*

Quæst. 191. An & quando Ecclesia læsa per alienationem rerum suarum restituenda in integrum?

R Esp. primò: Dum ecclesia læsa per alienationem factam illegitimè, adeoque invalidam, locus non est restitutioni in integrum juxta *L. in causa. cognitione §. 1. & 2. ff. de rest. in integ.* est enim restitutio hæc juxta *L. in causa. ff. de minorib.* remedium extraordinarium, introductum in subsidium deficientis remedii ordinarii; quale, dum actus, ex quo secuta læsio, ipso jure invalidus est & nullus, est dictio de nullitate, seu revocatio actus per viam nullitatis, quando nimirum Judex pronunciat, contractum alienationis fuisse nullum.

2. Resp. secundò: Dum vero alienatio valida quidem est, & ipso jure subsistit; quia facta ex justa causa & cum requisitis solennitatibus; exinde tamen enormiter læsa reperitur ecclesia; quia v. g. infra dimidium justii pretii pro re vendita recepit (quo casu alienationem adhuc ipso jure subsistere patet ex *c. cum dilecti. c. cum causa. de empion. & vendit.* & ex *c. ad nostram. h. t.* & passim docent AA.) ab ecclesia vel conventu, & concedi ei debet

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

à Judice restitutio in integrum, ut constat ex *cit. c. ad nostram.* Uti etiam dictæ restitutioni locus adhuc erit, dum per alienationem enormiter læsa ecclesia, non quidem ratione justii pretii, sed ex alio capite, modo alienatio fuerit valida. Ad quod si dicatur, alienationem hoc ipso, quòd sit damnosa, non cedere in utilitatem illius, ac proinde esse invalidam; cum ad valorem illius requiratur, ut sit utilis ecclesie, & sic locum non esse restitutioni in integrum. Facile ad hoc respondebunt AA, qui cum Gloss. *in cit. c. ad nostram. v. enorme.* Covar. *l. 2. var. c. 17. num. 1.* Felin. *in c. qua ecclesiarum. de constit. Molin. cit. d. 468. concl. 6.* Vasq. *in opusc. de retrib. c. 2. §. 1. num. 30.* Bonæ. *de contract. d. 3. quæst. 8. p. 4. num. 9.* Pirh. *h. t. num. 35.* & aliis valde probabiliter docent, sufficere ad valorem alienationis causam præcedente tractatu & cognitione, judicatam seu existimatam justam. V. g. esse eam ecclesie utilem, etsi re ipsa talem non fuisset postmodum deprehendatur; ac ita adhuc locum esse restitutioni in integrum. AA. verò, qui cum Navar. *in comment. de alien. rer. eccles. num. 9.* Castrop. *tract. 11. d. unic. p. 15. §. 1. num. 2.* & aliis docent, talem alienationem factam ex causa solum existimata justa non valere; eò quòd jura absolute requirant causam justam, qualis non est, quæ tantum putatur talis; consequenter admittent, in eo casu non esse locum restitutioni in integrum proprie tali; sed remedium ordinarium, nempe dictionem de nullitate, esse adhibendum. Et sic peti adhuc restitutionem rei alienatæ, quæ non est proprie restitutio in integrum. De cætero circa restitutionem in integrum faciendam in casu valida alienationis graviter læsivæ notanda sequentia. Primò ante omnia ecclesia probare debere se læsam, alias non restituendam. Mascard. *de probat. concl. 1273. num. 5.* Barbof. *in collect. ad c. ad nostram. h. t. num. 4.* Secundò, quòd si ecclesia enormiter læsa, succurratur ei per restitutionem in integrum, etiam post quadriennium. Abb. *in cit. c. ad nostram. num. 5.* & cum illo Pirh. *h. t. num. 74.* Tertio, quòd restitutio ecclesie in integrum contra laicum peti possit & fieri à Judice ecclesiastico, si bona non sint feudalia. Pirh. *num. 75.* dicitur, hunc esse casum specialem, in quo actor non cogatur sequi forum rei. Barbof. *loc. cit. num. 3.* citans Covar. *var. l. 1. c. 4. num. 2.* Guttier. *qq. Can. l. 1. c. 34. num. 10.* Pet. Barbof. *in L. hæres absens. ff. de judic. num. 33.* &c. Rationem addit Pirh. quòd in tali alienatione supponatur aliqua deceptio, saltem materialis, intervenisse, adeoque latius loquendo, dici possit quoddam sacrilegium, quòd juxta *c. cum sit de for. comp.* spectat ad forum ecclesiasticum. Quin & hoc ipsum, seu spectare ad forum ecclesiasticum, generale esse omni privilegio concessio ecclesie, ait apud eundem Abb. *in cit. c. cum sit n. 2. & 6.* Verumtamen istiusmodi restitutionem ecclesie contra laicum in Imperio Romano solere peti & fieri coram Judice sæculari, cum Laym. *de reb. eccl. non alienand. thes. 73.* notat Pirh. *loc. cit.* Quartò, quòd restitutio hæc ita fieri debeat, ut unusquisque, nempe tam ecclesia læsa, quàm empor bonæ fidei, seu ad quem res valide alienata transit, jus suum integrè recipiat. pro ut dicitur *L. quòd si. restitutio. ff. de minor. cum, ut Gl. in c. ad nostram. v. sufficere.* per eam omnia in pristinum statum reponenda, ut neutra pars sit in damno vel lucro. Unde empori non tantum resti-

restit-

restituendum pretium, sed etiam pro labore & industria cultura & conservacioni rei alienatae sibi que tradita ab eo impensa, factisque in eisdem melioramenta & ecclesiae utilitatem expensis satisfaciendum, si voluerit, uti potest, fructus ex re illa ab emptore perceptos repetere; qui alias in compensationem dicti laboris & expensarum relinquendi, in quantum mercedem laboris dictaeque expensas non excedunt, & de contra aliunde addendum, si fructus laborem illum & expensas non adaequant. Dum V. g. in utilitatem ecclesiae impensu mille floreni, & ex perceptis fructibus non percepit nisi centum. Uti haec fere sumuntur ex *cit. c. ad nostram*. vide Pith. *b. t. num. 76.* & Barbof. *loc. cit. num. 1. & 2.* dum ait, in rescissione contractus feudalis ideo non restitui fructus; quia de ejus natura est, ut tales fructus pertineant ad Vasallum ratione laboris & servitii, quod domino praestat, aut praestare est paratus juxta *c. 1. in quib. caus. feud. amitt.* Et haec, dum emptor processit bona fide; si enim est mala fidei, pretium datum amittit secundum dicta supra, uti & fructibus perceptis in poenam a Judice privari potest. Pith. *cit. num. 76. in fine*, citatis *l. jubemus. §. Janè C. de SS. Eccles. Gloss. in c. Vulturana. 12. quest. 2.* Abb. *in c. ad nostram. num. 9.* Redoan. *loc. cit. quest. 78. c. 5. a. num. 5.* De cetero, ubi alienatio nulla, tenetur emptor rei aliunde possessore illius rem restituere una cum fructibus perceptis a die alienationis juxta *cit. l. jubemus. & c. si quis. h. t.* Berojus. *ibid. num. 14.* Felin. *in c. cum causa de judic. num. 27.* Redoan. *loc. cit. quest. 77. c. 5. num. 2.* Guttier. *conf. 1. num. 14.* Ricc. *in pr. resol. 18. num. 2.* Surt. *conf. 115. a. num. 31.* & plures alii, quos una cum pluribus Rota decisionib. citat Barbof. *ad c. si quis. h. t. num. 13.* ubi etiam citatis pro hoc Riccio *ubi ante.* Covar. *l. 1. var. c. 3. num. 8.* quod a fructibus restituendis non excuset error juris, cum jus resistit, ubi tamen erraretur in facto; v. g. emptore putavit intervenisse assensum Papae, qui non intervenit, fructus non debent, nisi die motae litis. Pro quo citat Felin. *ubi ante.* Ricc. *loc. cit. num. 3.* Bero. *loc. cit. num. 45.* An vero assensus Apostolicus operetur retentionem fructuum, non resolvit, sed remittit ad Ricc. *in pr. for. eccl. decis. 64.* alias *resol. 61.* vide de hac restitutione fructuum dicta in antecedent.

Quest. 192. An & quae poene statuta jure civili male alienantibus res Ecclesiae?

Resp. poena iis constituitur Jure civili, nimirum a Leone Imperatore *in l. jubemus §. Oeconomus. C. de SS. ecclesiis.* quae constitutio Leonis facta pro ecclesia Constantinopolitana extensa est dein per Justinianum ad omnes ecclesias omniaque loca pia, ut constat ex *Auth. de non alien. §. nos igitur. & §. quia vero constitutio Leonis. coll. 2.* poenae autem his juribus constituta Praelatis & administratoribus male alienantibus res ecclesiae est privatio & amissio officii, quod gerunt, & reparatio omnis damni, quod inde incurrit ecclesia, ab iis ex bonis propriis facienda. Praeter quas poenas sunt & aliae poenae hoc jure statuta, quas enumerat Muller. *in Struv. exercitat. 3. l. 1. ff. tit. 8. thes. 71. l. 1. §.* nimirum, quod contractus alienationis sit

ipso jure nullus. Quod recipiens rem amittat fructus & pretium, quae cedunt ecclesiae. Et respectu tabellionis, qui super tali alienatione fecit instrumentum, perpetua relegatio. Respectu Judicis, bonorum publicatio & amissio dignitatis. Quales tamen poenas irrogandi clericis, haec & similia jura seu leges & constitutiones civiles quae tales seu secundum se auctoritatem non habent; sed tunc deum recipiunt, si & quando per Papam relata in Corpus Juris Canonici (qualiter constitutio Leonis & dicta *Auth. relata in c. nulli. h. t.*) & vel sic canonizata evaserunt leges canonicae. Fagn. *in c. nulli. n. 45. & c. quae ecclesiarum. de constit. n. 29.* cum Holt. *in idem c. nulli. in fine.* & Felin. *in c. 1. de presumpt. not. 1.* & aliis passim.

Quest. 193. Quae poene statuta male alienantibus Jure Canonico antiquo & moderno, praesertim per Extravag. ambitiose?

Resp. primò: jure antiquiore Extravag. ambitiose, quin & a tempore fere Apostolorum nimiam illam administratorum rerum ecclesiasticarum in iis distrahendis libertatem, non tantum prohibitam, sed & variis poenis statutis res ecclesiae sine justa causa aut contra praescriptam a SS. Canonibus formam alienantibus coercitam, constat ex *Can. Apostolicos. 12. quest. 2.* Tales fuerunt sequentes. Primò invalidatio ipso jure talis alienationis attentatae. *c. si quis. c. ad audientiam. h. t. Can. sine expectatione. l. 2. quest. 2.* uti & invaliditas donationis & receptionis, quae bona & res ecclesiae accipiuntur a Regibus. *c. 2. h. t. delumpto ex Concilio Lugdunensi quarto.* Secundò obligatio tam alienantium quam res male alienatas recipientium etiam ex propriis servandi ecclesiam laesam indemnem. Tertio depositio Episcoporum sine necessitate, & Abbatum clericorumque sine licentia Episcopali alienantium. *cit. c. Apostolicos. Can. si quis Episcoporum. 10. quest. 2. Can. quisquis. Can. Abbatibus. 12. quest. 2.* Quarto prohibitio ingressus ecclesiae & excommunicatio, jam in octava Synodo universali relata in *c. Apostolicos.* uti & in *Can. non liceat. Can. de rebus. 12. quest. 2.* decreta, & etiam in presbyteros aliosque istiusmodi alienationi subscribentes extensa *cit. Can. liceat. & Can. si quis. h. t.* & ipso facto ab alienantibus & recipientibus incurrenda ab iis, qui res tales non restituebant, nisi celeri restitutione sibi prospexerint, ut dicitur *cit. c. si quis.* hoc est, celeriter, quantum in se est, contractum alienationis resciderint & recepta restituerint. Quintò suspensio ab officio, quam ex decreto Concilii Viennensis relato in *Clem. 1. h. t.* incurrebant ipso facto religiosi monasterio, Prioratu vel administrationi ecclesiae praepositi, si illorum reditus & possessiones alicui ad longum tempus concedebant. Quales etiam suspensio statuta in *c. 2. h. t. in 6.* Praelatis aliis submittentibus ecclesias earumque bona & jura laicis. Item clericis negligentibus id ipsum denunciare superiori suspensio a beneficiis per triennium. In laicos vero compellentes ad talem submissionem excommunicatio. Plura de istiusmodi poenis statutis extra *Extravag. ambit.* vide apud Redoan. *l. c. 9. 76. c. 1. & 2.*

2. Resp. secundò: harum poenarum plures renovatae, aliaque adjecta jure novo, nimirum

Extravag.

Extrav. ambit. ac imprimis invalidatio istiusmodi alienationis, ita ut nullius omnino sint roboris. Dein excommunicatio lata in alienantes & recipientes. Tertia interdictus penitus ipso iure ingressus ecclesie Episcopis & Abbatibus, & perseverantibus illis post sex menses immediate sequentes sub hoc interdicto à regimine & administratione ecclesiarum, & monasteriorum in spiritualibus & temporalibus eo ipso suspensionis incurfus. Quarta Prælati inferioribus, commendatariis, ecclesiarum Rectoribus, beneficiatis, vel administrationem quomodolibet obtinentibus ultra excommunicationem Statuta ipso facto incurrenda privatio omnium dignitatum, officiorum, administrationum, beneficiorum, tam curatorum quam non curatorum sive secularium, sive regularium, quæ obtinent, & quorum res & bona alienaverunt. Quæ penæ omnes decreto S. Congreg. Cardinal. Concilii Interpretum decreto, jussu Urbani VIII. edito confirmantur, adjecta insuper contra Prælatos & quoscunque Superiores regulares penam privationis omnium suorum officiorum, nec non vocis activæ & passivæ penam privationis & perpetuæ inhabilitatis ad illa impostero obtinenda ipso facto incurrenda. Et hæc quidem, ubi illa *Extrav.* & dictum Decretum simpliciter & quò ad omnia recepta & in usu sunt. De quo paulò post.

Quest. 194. An dictæ penæ Extravag. ubi ea obtinet, incurrantur ante omnem declarationem?

Resp. etiam in *cit. Extrav.* dicitur: Prælati, inferiores beneficiati & c. nimirum alienatores rerum Ecclesie, ipso facto privati existant (nimirum officii, beneficii & c.) illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum Ordinarios aliosque, ad quos eorum collatio pertinet, aliis idoneis libere de jure conferri & c. nihilominus non incuruntur in conscientia ante latam sententiam, saltem condemnatoriam vel declaratoriam criminis commissi, seu perperam factæ alienationis, ita ut alienans ante eam se abdicare seu relinquere beneficia, officia & c. teneatur Sanch. l. 2. mor. c. 22. n. 20. Henric. l. 13. c. 56. n. 4. Navar. man. c. 27. n. 110. Dian. p. 3. tr. 2. resol. 66. & alii, quos citat & sequitur Delb. de immun. eccl. c. 19. du. 23. f. 1. num. 13. siquidem lex pœnalis etiam si feratur ipso facto vel jure, adhuc ante sententiam seu condemnationem, saltem criminis, in foro conscientie non obligat. ac ita verba illa: ipso jure vel ipso facto, nullâ expectatâ à iudicis sententiâ seu declaratione intelligenda de sententia declaratoria penæ incurse, non verò criminis commissi; foret enim aliàs lex humana nimis dura, & fragilitati moribusque hominum parum accommodata, dum vel sic idem cogeretur esse reus, Judex & justitiæ executor, & sepe sui criminis occulti proditor & accusator. Ita cum communiore Cajet. 2. 2. q. 61. a. 3. & in sum. v. pena. Vasq. 1. 2. Tom. 2. d. 168. n. 15. Sorus de just. l. 2. q. 61. a. 3. Molin. de just. Tom. 1. tr. 1. d. 96. dicens esse communem inter Theologos & Jurisperitos. Sanch. de mat. l. 9. d. 30. & l. 2. mor. c. 22. num. 7. Dian. loc. cit. Delb. loc. cit. num. 7. & plures alii apud illum contra Abb. Sayz. Castrum. Meroll. Bonacin. R. P. Leurr. Jur. Can. Lib. III.

& alios apud eundem. Verùm de hoc alibi expresso.

Quest. 195. Quis in dictis pœnis jam incurfis dispensare, & ab illis absol. vere possit?

1. Resp. Primò: quod attinet in specie excommunicationem illam in *Extrav. ambit.* cum ea nulli reservata sit, ut patet ex illius contextu, & notant Angel. v. excommunicatio. 7. num. 48. Suar. Tom. 5. d. 22. f. 6. num. 6. Gavant in man. Episc. v. alienatio num. 28. Pirh. h. t. num. 56. Delb. num. 17. du. 22. num. 9. poterunt ab ea absolvere in foro conscientie omnes Prælati suos subditos; non obstante, quò dicta absolutio obtineatur quandoque per Brevia, penitentiariæ vel signaturæ; cum id fiat, ut ait Delb. loc. cit. num. 10. vel pro foro exteriori ad obviandum molestiis, quæ ex eo oriri possent, vel etiam pro interiore ad majorem cautelam, vel etiam, ut addit idem, quia aliqui id faciunt ex ignorantia autoritatis, quam habent in hoc puncto eorum superiores. Neque etiam, quò dicta excommunicatio, ut Thesaur. in pr. p. 2. v. alienatio. §. nota circa. sit reservata per Tridentin. sess. 22. c. 11. Nam, ut respondet Delb. num. 11. remittendo ad Filiuc. tr. 44. c. 6. num. 3. in fine Concilium loquitur de usurpantibus, seu in proprios usus convertentibus bona ecclesiarum; ac proinde extendendum non est ad alienantes simpliciter.

2. Resp. secundò: in reliquis etiam pœnis, quatenus vi *Extrav. ambit.* jurisque communis Statutis, cum nulli quoque reserventur, dispensare possunt superiores illorum, qui malè alienarunt; cum hi in subditos ordinariam habeant auctoritatem quò ad ea, quæ reservata aliàs non sunt. Delb. num. 28. In pœnis verò statutis in Decreto memorato S. Congr. aut etiam in eo relatis ex *Extrav. ambit.* dispensare non poterunt iidem superiores; cum eo ipso, quò ibidem illorum alienantium superioribus ipsi etiam Generali & Protectori expressè adimatur potestas eas relaxandi & moderandi, quæ tales reservatæ videantur Sedi Apostolicæ, ut Delb. num. 18. nisi fortè de novo post dictum decretum editum. 7. Sept. 1624. concessum aliquorum Ordinum Prælati privilegium dispensandi in iis cum suis subditis, cum omnia privilegia quò ad hoc aliàs quibusdam concessa per dictum decretum sublata.

Quest. 196. Quinam excusentur ab his pœnis, etiam ubi dicta Extrav. & Decretum S. Cong. sunt recepta?

1. Resp. sequentes: primò non incurunt excommunicationem ceterasque censuras & pœnas *Extravagantis* alienantes & res alienatas recipientes citra dolum & scientiam cum ignorantia facti, dum ignorant res esse ecclesiasticas aut non adhibitæ solennitates, vel etiam juris, dum ignorant prohibitam sine talibus solennitatibus alienationem aut etiam tales pœnas statutas alienantibus & recipientibus. Navar. de reb. eccl. non alien. conf. 19. Quar. v. alienatio num. 9. & 10. Suar.

Suar. *de cens. d. 4. f. 9. num. 19.* Barbof. *in cit. Extrav. num. 3.* Wiestn. *h. t. num. 151. & 152.* modò tamen hæc ignorantia non sit crassa & supina, ut iidem AA. quippe quæ secundum probabilem æquiparatur scientiæ juxta *c. fin. dist. 33. c. ut animarum. de constit. in 6.* adeoque temeritatem non excludit, uti eam excludit ignorantia probabilis, quamvis eas adhuc non incurri, etiam si ignorantia fuerit culpabilis, etiam crassa & supina, asserat Delb. *c. 17. du. 22. num. 7.* eò quòd *Extrav. dicat: alienare presumpserint: rōpresumere* autem importet, non tantum quamcunque temeritatem & audaciam, sed eam, quæ excludat omnem ignorantiam; eo nixus principio (pro quo *c. 19. du. 59. f. 1. n. 4.* citat Sanch. *l. 2. mor. c. 10. num. 38.* Duard. *in Bullam can. L. . . quest. 36. num. 3.* Bonac. *de cens. d. 2. g. f. p. 4. num. 9.* Filiuc. *Tom. 2. tr. 2. c. 7. num. 205.* Dian. *p. 3. tr. 5. resol. 13.* contra Sylv. Franc. Henriq. Suar. Molin. Laym. & alios *ibidem* à se citatos) nimirum quòd excommunicatio & quæcunque censura, aut etiam alia pœna lata contra scienter facientes contra legem non contrahatur à faciente contra illam ex ignorantia pœnæ, etiam crassa & supina, imò & affectata; eò quòd necdum faciat scienter contra legem talem pœnalem, quæ juxta communem non est extendenda ultra proprium significatum, sed potius restringenda secundum *reg. odia. de reg. juris in 6.* Ac ita licet talis ignorantia æquivalet scientiæ quòd ad incurrendam culpam contra legem, non tamen æquivalet ei quòd ad incurrendam pœnam contra legem, utpote quæ solum imponitur contra scienter facientes contra legem. Quod pluribus stabilit *ibidem. per seq. num.*

2. Secundo dictas pœnas non incurrunt illegitimè alienantes & recipientes ante actualem & pacificam traditionem & receptionem & possessionem. Delb. *c. 17. du. 1. a. num. 39.* Nav. *loc. cit. num. 13.* Covar. *l. 2. var. c. 16. num. 7.* Barbof. *loc. cit. num. 24.* citans alios. Pirh. *h. t. num. 77.* Reiffenst. *num. 67.* Wiestn. *num. 150.* citans Donat. *Tom. 1. pr. regular. p. 2. tr. 14. quest. 89. num. 5.* ego *in for. benef. p. 1. quest. 446. num. 3.* contra Bonac. *tr. de alien. rer. eccl. q. unic. p. 5. num. 2.* Constat non tantum ex jure antiquiore, dum *c. si quis. h. t.* etiam non nisi post traditionem dicuntur excommunicandi alienans & alienationi subscribens, dicendo: *nisi forte alienator, & qui recepit, celeri restitutione sibi prospexerint.* adeoque multò magis: excommunicationem evitent, qui contractum alienationis mutuo consensu perfectum revoeant ante traditionem & receptionem vel etiam, antequam alter pacificam rei alienatæ possessionem obtineat, ut Delb. *l. c. n. 40.* citans Jalon. *in l. fin. C. de emphyt. Nav. loc. cit. conf. 15.* Filiuc. *tr. 34. num. 119.* Ricc. *decis. 65.* & alios. Sed etiam constat ex jure recentiore. *cit. Extravag.* requiri receptionem, adeoque & traditionem, dum dicitur: tam qui alienat, quam qui alienatas res receperit, excommunicationem incurrat. Estque ratio, quòd res non dicatur alienata, donec traditio facta sit. *l. alienatum. ff. de; V. S. & in jure, præsertim in materia odiosa, qualis est constitutio pœnalis, verba accipiuntur cum effectu. c. relatum. de cler. non resid. junctâ Gl. v. cum effectu* adeoque pœnæ, maximeque censuræ, non incurrantur, nisi secutus sit effectus sub illis prohibitus. Nav. *conf. 37. de sent. excomm. num. 2.* Suar. *de cens. d. 4. l. 3. num. 4.* Coninck *d. 13. du. 8. concl. 7.* Delb. Pirh. Wiestn. *l. l. cit.* jam verò effectus contractus alienationis

non censetur secutus ante traditionem & receptionem pacificam possessionis; cum hæc duo, & non sola conventio contrahentium sint effectus prohibitus sub dictis pœnis. Quin etiam, ut Pirh. effectus non sit secutus, si statim sit reparatus, quia alienatio celeriter revocata, & res alienata celeriter restituta. Multoque magis dicta de non incurratione dictarum pœnarum locum habent in attentante solum alienationem, & qui tractatu nondum perfecto, recedit; cum pœna imposita committenti crimen, regulariter non incurratur per attentionem illius. Wiestn. *num. 149.* cum Donat. *l. c. g. 90. num. 1.* & Quarant. *v. alienatio rer. Eccl. n. 50.*

3. Tertio excommunicationem aliasque pœnas *Extravag. ambit.* uti & *Clem. 1. h. t. vi* illius non incurrit Religiosus subditus, nullo jure administrationem habens, si quid alienet, demoliat, destruat. Bonac. *l. c. num. 1.* Donat. *loc. cit.* Filiuc. *p. 3. tr. 44. c. 6. quest. 4. num. 4.* citans alios. Delb. *c. 17. du. 1. num. 19.* Wiestn. *h. t. num. 148.* siquidem dicta *Extrav. & Clem.* loquuntur solum de Prælati, beneficiariis aliisque habentibus administrationem. Sunt tamen tales aliis pœnis multandi, ut Donat. & Bonac. & incurtere illos adhuc excommunicationem latam à Trid. *Sess. 22. c. 11.* contra usurpantes sibi res ecclesiæ, & Papæ reservatam, de qua paulò supra, sentit cum Franco. Leo *for. eccl. p. 1. c. 15. num. 43.*

Denique excusantur à pœnis omnibus tam laicis in *Extrav. ambit.* quam in aliis iuribus, etiam ubi jura ista pœnalia usu sunt recepta, quicumque rerum ecclesiasticarum suæ administrationi commissarum alienationem non peccant mortaliter; eò quòd pœnæ istæ omnes sint admodum graves; pœnæ autem esse debent commensuratæ delicto juxta *c. asseramus 24. q. 1. can. pro qualitate. 26. quest. 7. l. perspicendum. ff. de pœnis. l. sancimus C. eod. & ita docent cum communi. Nav. in man. c. 27. num. 9.* Covar. *in c. alma. de sent. excom. in 6. p. 1. §. 9.* Sanch. *l. 6. mor. c. 4. num. 55.* Suar. *cit. d. 4. f. 4.* Coninck *l. c. concl. 2.* Castrop. *tr. 29. d. 1. p. 7. n. 2. &c.*

Quest. 197. An dictas & quas alias pœnas incurrant Cardinales malè alienantes res Ecclesiarum suarum?

REsp. Cardinales subesse pœnis statutis præsumptibus alienare bona ecclesiastica, asserit, & sic habere praxin Curia Romanæ testatur Delb. *c. 17. du. 26. num. 1.* & licet sentiant aliqui, eos non subiaci legibus pœnalibus, nisi id exprimat, id tamen locum non habere dicit in iis, quæ pertinent ad publicam ecclesiæ utilitatem, & quæ agunt de justitia observanda & fraude evitanda, quemadmodum in specie subiici illos legibus Cancellariæ de fraude tractantibus affirmant Cassador *in reg. Cancell. q. 38.* Sarmient. *in addit. ad reg. Cancell. decis. 69.* Paris. *l. 2. g. 4. n. 8.*

Quest. 198. An delegatus Papæ concedens facultatem alienandi in detrimentum Ecclesiæ, aut procurans decretum alienationis, aut suadens Papæ alienationem incurrat dictas pœnas?

REsp. ad primum: delegatus seu commissarius, cui commissum examen causarum expressa-

rum

tum in supplicatione, propter quas Papa concessit facultatem alienandi, si præstitit consensum, decretum vel auctoritatem alienandi in detrimentum ecclesie, incurrit excommunicationem, non tamen reservatam Papæ, si sit inferior Episcopo; si verò sit Episcopus aut illo superior, suspensionem ab executione officii per annum, similiter non reservatam Papæ, pro ut expressè haberi in *Bulla, 2. Pauli. II.* quæ incipit *cum omnibus iudicibus.* testatur Delb. c. 18. du. 31. n. 1. Idque etiam si id fecerit gratis, non adactus, aut etiam ob promissam pecuniam juxta expressum textum ejusdem Bullæ, pro ut videre est apud Delb. l. c. n. 2. Unde etiam infert. n. 3. citatis pro hoc Suar. de cens. d. 22. f. 6. n. 4. & Alterio. Tom. 2. d. 16. c. 2. col. 4. E contra dictas non incurri, si consensus vel auctoritas præstita non cedat in detrimentum ecclesie, non tamen cedat in evidentem utilitatem illius, nisi faciat concessionem non nisi sub conditione evidentis utilitatis factam à Papa; eò quòd pœnæ non amplianda, sed restringenda. Uti nec incurruntur dictæ pœnæ mox à præstito consensu, auctoritate, & necdum secuta alienatione, seu actu & effectu primario; cum, quamdiu actus damnificativus & solùm futurus, & in potentia, tamdiu nondum secutum damnum ecclesie propter quod actu secutum imponuntur pœnæ. vide dicta *quest. præced. num. 2.*

2. Resp. ad secundum: Excommunicationem quoque & quidem Papæ reservatam, ut habetur in *scr. Bullæ Pauli II.* incurrit, qui dolosè & scienter (secus, si nesciat alienationem esse in detrimentum ecclesie) à Commissario, seu Sedis Apostolicæ Delegato imperat, seu procurat & extorquet importunè suadendo, de precando, promittendo facultatem seu decretum alienationis in detrimentum ecclesie. Idque, si vel talis procurans sit ecclesiasticus, Episcopus vel alius clericus: si vel sit laicus, ut Delb. c. 18. du. 32. n. 5. ubi etiam, quòd Filiuc. r. 11. c. 7. q. 4. ad finem. & alii non improbabiler sentiant, extendere se hanc excommunicationem ad solos laicos. Eam verò juxta probabiliorem non incurri, non secuta alienatione.

3. Resp. ad tertium: Incurritur quoque excommunicatio vi *Bulle Pii V.* 35. quæ incipit: *admonet nos.* & Bullæ Urbani VIII. quæ incipit: *Sacro-Sancti.* A quocunque etiam Episcopalis, imò Cardinalitæ dignitatis etiam laico, qui tractat, consultit, aut alia ratione verba facit, aut insinuat, aut quovis, prætextu, puta, necessitatis, utilitatis, remunerationis suadet summo Pontifici de alienandis infeudandis bonis (etiam aliàs infeudari solitis) ad Ecclesiam Romanam immediate pertinentibus, aut etiam quibusdam aliis, intellige, ad eam devolutis (exceptis tamen per constitutionem Gregorii XIII. quæ incipit: *tanta tamque horrenda.* Ab ista restitutione Piana bonis fisco addictis ob delicta) modò hac de causa eligantur & mittantur Oratores ad Pontificem, qui desuper cum eo tractent; secus tamen, si is nihil hac de re cum eo tractent. Uti etiam excusantur ab hac excommunicatione, qui de licentia Pontificis explicita vel implicita (quæ in hoc consistit, quòd adiens Papam & super dicta alienatione eum alloquens, ab eo audiatur, & non repellatur; cum hoc ipso facultatem desuper secum tractandi ei concedere videatur) de hisce cum eo tractant; cum illius sit in lege dispensare, cujus est eam condere. vide de his omnibus distinctè agentem. Delb. cit. c. 8. du. 33. per totam.

Quest. 196. An & qualiter recepta fuerit & modò sit Extravagans ambrosiose?

R Esp. Referendo ferè hac de re aliorum sententias diversas; neque enim in eo conveniunt. AA. Primò, non receptam, seu abrogatam negare videtur Lotter. de re benef. l. 3. q. 25. n. 40. dum in specie loquens de hac *Extrav.* asserit, absurdissimum esse, dicere contrario usu seu consuetudine abrogari posse legem Papæ, utpote qui non à populo, sed à Deo immediate in ecclesiasticis habeat potestatem, ut ideo nec per mille annos extingatur legis ab eolà vis per usum in contrarium. Quod tamen intelligendum videtur, Papam implicite non consentiente per talis non usum tolerantiam. Item impertinentem esse hanc quæstionem, dum sanctio hæc impressa est in volumine canonico, cum quo hodieum ubique locorum transfertur. Quamvis n. 42. addat, se existimare propter materiæ (intellige in ea contentæ) odibilitatem in foro externo, si probaretur dictæ *Extravagantis* non usus, est positivus usus in contrarium, excusari agentem contra eam; cum istiusmodi legis, utcunq; aliàs non allegabilis pro evitanda ejus dispositione non usus excuset tamen ab evitanda pœna illius legis juxta doctrinam Bartol. in l. 1. §. apud Labionem. ff. de adult. d. l. 1. Surd. conf. 327. n. 51. Gutt. 99. Can. l. 1. c. 8. n. 7. Atque ita absolute receptam esse dictam *Extrav.* sustinent Ricc. in collect. p. 5. collect. an. 1673. in princ. & in pr. for. eccles. de off. 95. aliàs in 2. editione. resol. 71. Henricq. in sum. l. 13. c. 56. §. 3. lit. r. Genuens. in pr. Cur. Archiep. Neapol. c. 6. n. 1. Redoan. de reb. eccl. non alien. q. 35. n. 1. Paris. de resign. l. 3. q. 6. n. 25. & alii, quos citat Barb. in cu. *Extrav.* n. 3. ea ratione, quòd, cum inserta in Corpore juris, præsumatur, de jure usu recepta. Receptam esse ubique, saltem, quò ad annulationem contractus alienationis; non verò quò ad pœnas, excommunicationis aliasque extrinsecas, defendunt, apud eundem Barb. Sarmiento de re dit. eccles. p. 1. c. 2. n. 20. Tolet. in instrum. Sacerd. l. 5. c. 91. vers. tertio de hoc. Quar. v. alienatio rer. eccl. n. 48. Azor. instr. mor. p. 2. l. 9. c. 2. q. 1. Sayr. clav. Reg. l. 3. c. 4. n. 15. Molin. de just. r. 2. d. 466. Rebell. de oblig. just. p. 2. l. 14. q. 5. In paucis locis receptam videri non solùm quò ad privationem beneficii & officii, sed etiam quò ad censuras, ait Delb. c. 17. du. 22. n. 1. citatis. Roch. de Curte c. ult. de consuetud. Ang. v. excommunicatio 7. cas. 48. Sylv. v. alienatio 9. 15. Caser. v. excomm. c. 75. Vasq. l. c. c. 2. §. du. 7. n. 31. Suar. Tom. 5. de cens. d. 23. f. 6. n. 3. Azor. l. 6. c. 16. q. 1. Sanch. l. 2. mor. c. 22. n. 2. Less. de just. l. 2. c. 24. du. 11. n. 69. Cov. l. 2. var. c. 17. n. 6. Bonac. d. 3. de contr. act. feud. q. 8. p. 4. n. 14. Nav. in comment. de alien. rer. eccl. n. 13. & 14. & in Man. c. 27. n. 149. ubi is etiam, quòd quò ad pœnam privationis beneficii hæc constitutio nullibi sit recepta. Quamvis quò ad ultimum contrarium esse usum & praxin pœnitentiariæ, dum in ea delinquentes absolvuntur, & ad beneficia & officia rehabilitantur. Idque vel ad pacandas conscientias, vel quia supponit dictam *Extrav.* quò ad omnia simpliciter receptam dicat Delb. l. c. n. 5. qui etiam n. 4. addit, in Italia videri receptam quò ad obligationem & excommunicationem, non tamen quò ad privationem beneficii & officii ante sententiam Judicis. Unde jam cum fieri possit, quòd alicubi dicta *Extrav.* recepta sit in totum, alibi quò ad unam partem tantum, monet Idem n. 3. inspiciendam esse hac in re singulorum locorum consuetudinem.